



## **Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi Thomae tomi quinque**

Accvratam Qvæstionvm D. Thomæ, Ab LXXXIV. Vsqve ad finem: &  
Disputationum de virtute Pœnitentiæ, De Clauibus, De Sacramentis  
Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis, De Purgatorio, Suffragiis & Indulgentiis,  
expositionem complectens : Accesserunt Indices quinque: ... Postremus

**Suárez, Francisco**

**[Köln], 1616**

Quæstio XC. De partibus pœnitentiæ in generali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93815](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93815)

## DISPUTATIO XIV.

De ultimo effectu penitentiæ, qui est reparatio meritorum mortificatorum.



Hanc Disputationem tractavi late in tom. Opuscul. relect. 2. ad quam propterea Lectorem remitto.

## QUÆSTIO XC.

De Partibus penitentiæ generalis, in quatuor articulos diuisa.



Inde considerandum est, de partibus penitentiæ.

Et primo in generali.  
Secundo in speciali de singulis.

Circa primum queruntur quatuor.

Primo, utrum penitentiæ habeat partes.

Secundo, de numero partium.

Tertio, quales partes sint.

Quarto, de diuisione eius in partes subiectiuas.

In hac quaestione incipiebat D. Thomas tractare tertium membrum totius materiæ de penitentiæ ex ijs quæ supra in initio quaestion. 84. proposuerat: & propinquius accedebat ad tractandum de sacramento penitentiæ: nam quæ hæcenus dixit, fere communia sunt virtuti penitentiæ, ut ex ijs, quæ circa illa differimus, constat. Et quoniam de forma huius sacramenti sufficienter dictum esse in quaest. 84. D. Thomas exiitauerat, hic incipiebat agere de materia eius. Et in hac quaestione communem illius diuisionem præmisit, dicitur postea de singulis membris seu partibus eius. Deinde de subiecto ministro, & accidentibus huius sacramenti. Quia vero in hac quaestione aliqua dicit communia virtuti penitentiæ, visum est eam prius explicare, ut absolute prius tractatu de virtute, ad differendum de sacramento penitentiæ transeamus.

## ARTICVLVS I.

Utrum penitentiæ debeant partes assignari.

4. dist. 16 q.  
1. art. 1 q. 2.  
6. 4.



Ad primum sic proceditur. Videtur quod penitentiæ non debeant partes assignari. Sacramenta enim sunt, in quibus diuina virtus secretius operatur salutem. Sed virtus diuina est vna & simplex. Non ergo penitentiæ, cum sit sacramentum, debent partes assignari.

Præterea, Penitentiæ est virtus, & est sacramentum. Sed ei, in quantum est virtus, non assignantur partes, cum virtus sit habitus quidam, qui est simplex qualitas mentis, similiter etiam & penitentiæ, in quantum est sacramentum, non videtur quod sint partes assignanda: quia baptismo, & aliis sacramentis non assignantur partes. Ergo penitentiæ nullo modo debent partes assignari.

Qu. 84. art. 1.

Præterea, Penitentiæ materia est peccatum: ut supra dictum est. Sed peccatum non assignantur partes. Ergo etiam nec penitentiæ sunt partes assignanda.

Sed contra est, quod partes sunt, ex quibus perfectio alicuius integratur. Sed penitentiæ perfectio integratur ex pluribus, scilicet ex contritione, confessione & satisfactione. Ergo penitentiæ habeat partes.

Respondedo dicendum, quod partes rei sunt, in quas matre-

rialiter totum diuiditur. Habent enim se partes ad totum, sicut materia ad formam. Vnde in secundo Phys. partes ponuntur in genere cause materialis, totum autem in genere cause formalis. Vbi quique igitur ex parte materia inuenitur aliqua pluralitas, ibi est inuenire partium rationem. Dicitur est autem supra, quod in sacramento penitentiæ, actus humani se habent per modum materia. Et ideo, cum plures actus humani requirantur ad penitentiæ perfectionem, scilicet contritio, confessio, & satisfactio (ut infra patebit) consequens est quod sacramentum penitentiæ habeat partes.

Ad 1. ergo dicendum, quod quodlibet sacramentum habet simplicitatem ratione virtutis diuine, quæ in eo operatur. Sed virtus diuina propter sui magnitudinem, operari potest & per vnum, & per multa, ratione quorum alicuius sacramento possunt partes assignari.

Ad 2. dicendum, quod penitentiæ, secundum quod est virtus, non assignantur partes: actus enim humani, qui multiplicantur in penitentiæ, non comparantur ad habitum virtutis, sicut partes, sed sicut effectus. Vnde relinquitur, quod partes assignentur penitentiæ, in quantum est sacramentum, ad quod actus humani comparantur, ut materia. In aliis autem sacramentis materia non sunt actus humani, sed aliqua res exterior vna: siue simplex, ut aqua, vel oleum: siue composita, ut chrisma. Et ideo aliis sacramentis non assignantur partes.

Ad 3. dicendum, quod peccata sunt materia remota penitentiæ: in quantum, scilicet, sunt materia vel obiectum humanorum actuum, qui sunt propria materia penitentiæ, prout est sacramentum.

## COMMENTARIVS.

Quamquam D. Thomas in titulo non explicet, de quibus partibus loquatur, ut tamen ex corpore articuli, & expressis, ac distinctius ex articulo sequente constat, non loquitur de partibus essentialibus, quæ sunt materia, & forma, has enim iam declarauerat in quest. 84. sed de partibus materiæ, quæ in rebus materialibus integrales appellari solent. Atque sic intellecto titulo, facilis est resolutio, & ratio articuli: merito scilicet in hoc sacramento distinguuntur partes materiales: quia plures actus penitentiæ ad constitutionem, & integritatem huius sacramenti necessarii sunt. Actus autem penitentiæ sunt materia huius sacramenti, ut in quæ. etiam 84. ostensum fuit: habet ergo hoc sacramentum plures partes materiales: ergo illas distinguere necessarium fuit, ad distinctam, & exactam noticiam huius sacramenti tradendam.

Ex argumentis primum difficultatem non habet, secundum vero duo media seu argumenta continet ex duobus diuersis exemplis sumpta. Vnum est, quia in virtute penitentiæ non distinguuntur hæc partes: & ideo videtur, nec in sacramento debere distinguuntur. Et respondet D. Thomas negando consequentiam, quia actus penitentiæ non sunt partes virtutis penitentiæ, sed effectus: sunt autem partes sacramenti. At quia supponere videtur D. Tho. diuisionem illam partium penitentiæ in contritionem, confessionem, & satisfactionem, quam statim articulo sequenti declarat, non habere locum in virtute penitentiæ: quod est verum, loquendo de illis membris formaliter in ratione partium integritatem vnum totum quasi artificiale. At vero si solum considerentur in ratione specialium actuum penitentiæ, sic posset etiam virtus penitentiæ non habitualis, sed actualis in illa tria membra tanquam in actus diuersarum rationum distinguuntur. Quomodo diuisionem illam explicuimus, & ad virtutem penitentiæ accommo dauimus supra Disputat. 6. Section. 2. Frequentius tamen traditur in ordine ad sacramentum, quod hic D. Tho. intendit. Et sic eam declarat. art. sequenti, ubi id videbimus.

Aliud

Differentia inter materiam penitentiae & aliorum sacramentorum.

Aliud exemplum erat de baptismo, in cuius materia non distinguuntur partes, & ideo neq; in penitentia distinguenda videntur. Respondet autem D. Thomas negando consequentiam, quia materia baptismi non est actus humanus, sed quaedam res exterior. Et in responsione extendit D. Tho. sermone ad alia sacramenta, dicens, propter hanc causam in aliis sacramentis non distinguuntur partes materiae, sicut in penitentia. Sed hoc permissiue intelligendum puto, non distributiue. Oportet ergo (quod D. Thomas statim in solutione ad tertium fecit) in hoc sacramento distinguere sacramentis materiam remotam & proximam, licet ergo materia remota baptismi, vel aliorum quorundam sacramentorum non sit actus humanus, sed aliqua res exterior, tamen materia proxima saepe est actus humanus, vt in Baptismo ablutio, in Confirmatione, Extrema vnctione, vnctio, in Matrimonio traditio corporum, in Ordine tactus, vel quid simile: vnde sola Eucharistia est, in qua res exterior ita est materia, vt nullus actus humanus ex parte materiae necessarius sit. Estque ratio specialis, quia solum id sacramentum non consistit in vsu, & ideo sumptio illius iam non ad constitutionem sacramenti, sed ad vsum spectat.

Rursus pro sacramentorum varietate ita se habet haec materia, vt in quibusdam sit simplex, seu vna tantum sine propria partium distinctione, tam ex parte rei exterioris, quam ex parte actus hominis qui ibi interuenit. Quod videtur licet in Baptismo, & Confirmatione, quae sunt exempla D. Tho. quauis Baptismus excedat, quia simpliciter habet materiam, tam proximam, quam remotam. Aliquando vero sacramentum non habet partes ex parte rei exterioris, habet tamen illas ex parte humani actus, vt in extrema vnctione oleum benedictum est vnica & simplex materia: vnctiones tamen debent esse plures, quae reuera sunt plures partes integrantes seu materiales. Aliquando vero ex vtroq; capite possunt distingui partes materiales, vt in matrimonio corpora vtriusque coniugis sunt partes materiae remotae: duplex vero traditio est quasi duplex partialis materia proxima talis sacramenti: & in sacramento Ordinis possunt esse plura exempla, vt suo loco videbimus. Denique in Eucharistia, vbi sola res exterior est materia, duae sunt illius partes, panis, & vinum. Habere igitur partes materiales non est ita proprium huius sacramenti, vt aliis non conueniat, sed ita vt non omnibus necessario conueniat. Cur autem tanta varietas in materiis sacramentorum inueniatur, ex voluntate instituentis pendet. Generalis vero ratio esse potest, quia pro effectuum varietate est etiam illa varietas necessaria. Et in singulis sacramentis inuenitur propria congruitas, ob quam talis simplicitas, vel compositio fuerit illis accommodata.

In solutione ad certum ait Th. peccata esse materiam remotam: actus vero penitentis circa peccata esse materiam proximam penitentiae: quod, quantum ad virtutem spectat, explicatum reliquimus in Disputatione secunda. Quantum vero pertinet ad sacramentum, declarabitur statim Disput. 17. quae erit secunda de Sacramento.

ARTICVLVS II.

Virum conuenienter assignentur partes penitentiae contritio, confessio, & satisfactio.



Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter assignentur partes penitentiae, contritio, confessio, & satisfactio. Contritio enim est in corde, & sic pertinet ad interiorem penitentiam, confessio au-

tem est in ore, & satisfactio in opere, & sic duo vltima pertinent ad exteriorem penitentiam. Penitentia autem interior non est sacramentum, sed sola penitentia exterior, quae sensu subiacet. Non ergo conuenienter assignantur haec partes sacramento penitentiae.

Præterea: In sacramento nouae legis confertur gratia: vt supra habitum est. Sed in satisfactioe non confertur aliqua gratia. Ergo satisfactio non est pars sacramenti.

Præterea: Non est idem fructus rei, & pars. Sed satisfactio est fructus penitentiae, secundum illud Luc. 3. Facite fructus dignos penitentiae. Ergo non est pars penitentiae.

Præterea: Penitentia ordinatur contra peccatum. Sed peccatum potest persici solum in corde, per consensum: vt in Secunda parte habitum est. Ergo & penitentia. Non ergo penitentia debent partes poni confessio oris, & satisfactio operis.

Sed contra, Videtur quod debeant poni plures partes penitentiae. Pars enim hominis ponitur non solum corpus, quod est eius materia, sed etiam anima, quae est eius forma. Sed tria praedicta, cum sint actus penitentis, se habent sicut materia: absolutio autem sacerdotis se habet per modum formae. Ergo absolutio sacerdotis debet poni quarta pars penitentiae.

Respondetur dicendum, quod duplex est pars vt dicitur in 5. Metaph. scilicet pars essentiae & pars quantitatis. Partes essentiae sunt naturaliter quidem forma, & materia, logice autem est genus, & differentia. Hoc autem modo quodlibet sacramentum distinguitur in materiam, & formam, sicut in partes essentiae. Vnde & supra dictum est, quod sacramenta confidunt in rebus, & verbis. Sed quia quantitas se tenet ex parte materiae, partes quantitatis sunt partes materiae. Et hoc modo sacramento penitentiae specialiter assignantur partes (vt dictum est) quantum ad actus penitentis, qui sunt materia huius sacramenti. Dicitur est autem supra, quod alio modo fit recompensatio offensae in penitentia, & in vindictina iustitia. Nam in vindictina iustitia fit recompensatio secundum arbitrium iudicis, non secundum voluntatem offendentis, vel offensi. Sed in penitentia fit recompensatio offensae secundum voluntatem peccantis, & secundum arbitrium Dei, in quem peccatur: quia hic non queritur sola redintegratio aequalitatis iustitiae (sicut in iustitia vindictina) sed magis reconciliatio amicitiae: quod fit dum offendens recompensat secundum voluntatem eius, quem offendit. Sic igitur requiritur ex parte penitentis: primo quidem voluntas recompensandi, quod fit per contritionem: secundo, quod se subiciat arbitrio sacerdotis loco Dei, quod fit in confessione: tertio quod recompenset secundum arbitrium ministri Dei: quod fit in satisfactione. Et ideo contritio, confessio, & satisfactio ponuntur partes penitentiae.

Ad 1. ergo dicendum, quod contritio secundum essentiam quidem est in corde, & pertinet ad interiorem penitentiam. Virtualiter autem pertinet ad exteriorem penitentiam: in quantum scilicet implicat propositum confitendi, & satisfaciendi.

Ad 2. dicendum, quod satisfactio, confert gratiam, prout est in proposito: & auget eam prout est in executione, sicut etiam baptismus in adultis, vt supra dictum est.

Ad 3. dicendum, quod satisfactio est pars penitentiae sacramenti, fructus autem penitentiae virtutis.

Ad 4. dicendum, quod plura requiruntur ad bonum, quod procedit ex integra causa, quam ad malum, quod procedit ex singularibus defectibus: secundum Dionys. 4. c. de Diu. nom. Et ideo, licet peccatum proficiatur in consensu cordis, ad perfectionem tamen penitentiae requiritur & contritio cordis, & confessio oris, & satisfactio operis.

Ad contrarium vero patet solutio per ea, quae dicta sunt.

Quaest. 62. art. 1. & 3.

Postea in argumento primo.

Li. 5. rex. 7. tom. 3.

Quaest. 60. art. 5. & 6.

Art. praeced.

Quaest. 85. art. 3. ad 3.

Quaest. 67. art. 2. & 69. art. 8.

Cap. 4. pars. 1. in 1. finem & media diuina.

In corpore art.

**D**Vo, vt ex argumentis constat, interrogantur in hoc titulo. Primum, an omnes hæc sint partes huius materie. Aliud an hæc partes sufficienter complectantur, seu constituentur hac materie. Et vtrique vnica & simplici responsione ac ratione D. Tho. satisfaciunt. Dicens optimam esse illam diuisionem, & ideo neque continere aliquid quod materia non sit, neque etiam desiderari aliquid, quod materia sit. Assumptum vero declaratur, quia ad finem poenitentiae illæ tres partes sufficienter, & necessariae sunt, vt fiat Deo voluntaria recompenfatio pro peccato secundum arbitrium eius: hic enim est poenitentiae finis, ad quem comparandum perfecte illa tria concurrunt, & sunt necessariae secundum diuinam institutionem. Aduertere enim oportet circa hanc litteram D. Th. ipsum supponere, recompenfationem hanc ex parte quidem hominis voluntariam esse debere, quia est (vt ita dicam) amicitialis, seu ad restituendam diuinam amicitiam ordinata: tamen non esse in arbitrio hominis modum, seu rationem exhibendi Deo hanc recompenfationem, imo neque esse ex sola rerum natura determinatam, sed pendere ex arbitrio diuino, vt sepe dictum est supra, & hic D. Th. aperte docet. Vnde ratio à priori, cur illa tria, & non plura, sint necessaria in lege noua, est, quia Deus ita instituit. Congruentia autem est, quam hic affert D. Thom.

**C**irca quam oportet ulterius aduertere, D. Th. solum tribuere contritioni voluntatē recompenfandi: confessioni vero subiectionem, quæ sit homini loco Dei, vt de recompenfatione iudicet seu arbitretur: satisfactioni vero à ministro Dei impostæ tribuere ipsam recompenfationem. Quæ quidem nonnullas habent difficultates, quia ad contritionem non solum spectat voluntas recompenfandi, sed multo magis recompenfatio ipsa pro culpa, quatenus ab homine exhiberi potest per detestationem peccati. Atque ita non recte videtur tribui satisfactioni (quæ est tertia pars poenitentiae) tota recompenfatio pro peccato: sed solum illa, quæ est pro pena temporalis. Vnde etiam confessio non principaliter ordinatur ad hanc recompenfationem pro pena, quæ quali secundaria est, sed ad ipsius culpe remissionem. Quæ quidem omnia partim constant ex supra tractatis de virtute, partim constabunt ex dicendis de sacramento poenitentiae. Quo fit, vt contritio eadem ratione in lege noua exigatur, quæ ex se, & in qua cunq; lege necessaria est, scilicet, vt auerteret hominē à peccato, & conuertat ad Deum, atque ita disponat illum ad veniam obtinendam. Et præterea, quia sine illa non potuisset confessio veram rationem accusationis habere, vt suo loco dicemus. Confessio autē exterior, & sacramentalis, de qua hic est sermo specialiter postulata est in lege noua, vt posset ab hominibus loco Dei iudicium de peccatis ferri, quod factū est, vt medicina peccatorum & facilius esset, & vtilior. Vnde etiam talis actus, licet exterior sit, tamē, vt ab interiori procedit, & totum hominē Deo subiicit in suo ministro, quodammodo, concurrat ad ipsam recompenfationem etiam pro offensa, qualis ab homine exhiberi potest: & ideo interdum etiam suo modo complet dispositionem ad veniam obtinendam, & reconciliandam amicitiam, saltem per sacramentū, vt quando contritio imperfecta est, seu sola attritio. Tandē vero adiuncta est satisfactio propter vindictam peccatorum, & recompenfationem poenitentiae temporalis, quoad reatum eis relictum.

**R**espondeo, hæc velle esse, nec à D. Th. in præfenti negari, licet non omnia explicauerit, sed per effectum clariorem, & in quo magis cernitur ratio iustitiæ punitivæ, vsū & necessitatem prædictarum partium declarauerit. Quanquam primum membrum,

**A** scilicet, ad contritionem pertinere voluntatem recompenfandi, intelligi posset non tantum de recompenfatione pro pena, sed etiam pro culpa, qualis ab homine exhiberi potest, & consequenter intelligitur de voluntate efficaci, quæ operatur etiam quod potest: licet enim poenitentia vult recompenfate, vt statim exhibeat quod potest ad recompenfationem scilicet, detestationem, & contritionem: & ideo totum hoc includit D. Th. sub illo primo membro. Et consequenter in secundo verissime dicit poenitentem per confessionem subiici homini loco Dei, non tantum ad poenalem satisfactioem quæ superest, sed maxime vt de culpa ipsa iudicetur, & consequenter de dispositione ad veniam obtinendam necessaria. Post quod iudicium satisfactio quæ superest, solum est pro pena. Ex his ergo satis constat prædicta diuisio, quæ & communis est, apud Theologos antiquos, & approbatur à Concilio Florentino, & Tridentino sess. 14. c. 3.

**I**n solutione ad 1. explicat D. Th. quomodo contritio, cui sit actus interior, possit esse pars sensibilis sacramenti, & in summa dicit rationem esse, quia licet secundum essentiam sit interior, virtualiter tamen pertinet ad exteriorē poenitentiam, in quantum implicat propositum confitendi, & satisfaciendi, Circa quam responsionem dubium proponit Caietanus, supponens D. Th. dicere, contritionem secundum essentiam non esse partem sacramenti, sed vt virtualiter pertinet ad exteriorē poenitentiam. Ex quo videtur sequi, contritionem, vt est distincta à confessione, & satisfactioe, non esse partem poenitentiae. Et respondet in contritione plura inueniri, inter quæ vnum est velle recompenfate ad arbitrium sacerdotis: & vt sic, esse primam partem sacramenti poenitentiae: distinguat à confessione, & satisfactioe tanquam initium poenitentiae exterioris, & satisfactioe reconciliatiue. Et hanc voluntatem ait intellexisse D. Th. cum dixit, contritionem, vt implicat propositum confitendi, & satisfaciendi, virtualiter pertinere ad poenitentiam exteriorē.

**M**ihi tamen nec dubitatio hæc videtur habere fundamentum in verbis D. Th. nec placet doctrina, quæ occasione illius datur. Primum declaro, quia D. Th. non habet illam propositionem negatiuam, *Contritio secundum essentiam non est pars sacramenti poenitentiae: neque est vera in sensu, in quo illa particula secundum, in præfenti accipi debet. Potest enim accipi reduplicatiue, seu causaliter, id est, non includi in essentia contritionis, quod sit pars sacramenti, seu contritionem præcisè ex vi suæ essentiae non habere quod sit pars sacramenti. Et sic quidem propositio est vera, tamen imperpetuum ad propositum: quia non refert ad re, de qua agitur, & est res per se nota, quia essentia contritionis antiquior est sacramento, & non pendet ex institutione, sicut sacramentum: vnde esse partem sacramenti accidentarium illi est, & extrinsecum, sicut est extra essentiam aquæ, quod sit materia sacramenti. Alio ergo modo sumitur illa particula specificatiue, seu ad designandū id quod substantialiter, vt sic dicam, est materia seu pars materiz, ac si diceremus, panem secundum substantiam & essentiam suam esse partem materiz Eucharistiæ, & in hoc sensu falsum esse censeo negare contritionem secundum essentiam suam esse partem sacramenti: nam essentia contritionis in detestatione peccati commissi cum proposito cauendi de cætero consistit, & sub ea ratione dicitur esse pars huius sacramenti in Concilio Florentino & Tridentino, & infra suo loco latius ostendemus. Nec D. Th. hoc negat, sed affirmat solum contritionem secundum essentiam suam esse in corde, & esse actum interiorē, quod longe diuersum est, neque ex hac affirmatione sequitur altera negatio. Neque etiam ex eo, quod D. Thom. subdit, *contritionem virtualiter pertinere ad exteriorē poenitentiam in quantum implicat propositum, & c. nam**

D. Thom. concl.

Prima difficultas circa doctrinam D. Thom.

Concil. Florent. & Trident.

Dubium Caietani.

Eiusdem solutio.

Resoluitur dubium.

potius his verbis voluit explicare rationem, ob quam, licet contritio secundum essentiam sit actus interior: nihilominus secundum illam sit pars sacramenti, quia secundum illam est radix ipsius confessionis & satisfactionis, ut statim declarabo, & latius infra in disputationibus.

Vnde etiam non probo, quod Caietanus ait, cum in contritione plura inveniuntur, quorum vnum esse velle satisfacere ad arbitrium sacerdotis, solum ratione huius poni primam partem poenitentiae: nam Concilia alia citata non sic loquuntur, sed potius supponunt illam esse primam partem ratione detestationis peccati commissi, & propositi non peccandi de cetero, seu seruandi mandata. Imo haec sola proprie sunt de ratione contritionis. Nam illud velle satisfacere ad arbitrium sacerdotis, in tantum potest esse necessarium ad contritionem, in quantum sic satisfacere cadit sub obligatione poenitentis. Vnde si vera esset sententia eorum qui dicunt, poenitentem non teneri ad acceptandam vel impleendam poenitentiam a confessore iniunctam, illa voluntas satisfaciendi ad arbitrium confessoris nullo modo pertineret ad rationem contritionis, neque ex necessitate includeretur in illa: & sic sine tali voluntate posset contritio esse pars sacramenti. Et quamuis illa opinio generaliter vera non sit, fortasse in confessione de solis venialibus verum habet, & tamen etiam in confessione illorum contritio est pars sacramenti. Igitur contritio nec solum, nec praecipue ratione illius voluntatis est pars sacramenti, sed secundum se, & ratione totius substantiae suae, & illa voluntas in tantum potest esse pars, in quantum spectat ad substantiam contritionis. Nec D. Thom. cum ait, contritionem, ut implicat propositum confitendi, & satisfaciendi, esse virtualiter poenitentiam exterioriorem, significat solum illam voluntatem esse partem sacramenti, nullam enim connexionem, aut consecutionem habent haec propositiones, ut per se constat, sed significat, contritionem ex virtute sua esse radicem, & quasi moralem formam confessionis, & satisfactionis, & ideo esse aptam, ut sit pars materiae huius sacramenti. Cui addendum est, fieri actu partem, quatenus actu coniungitur confessioni, & per illam exteriori significatur, ut iterum in disputationibus dicemus.

In solutione ad 2. ait D. Tho. satisfactionem conferre gratiam, prout est in proposito, & augere eam, prout est in executione: non dicit autem expresse haec facere ex opere operato: Caietanus autem ita intelligit, fieri illud augmentum, & coniungendo solutionem cum argumento videtur esse mens D. Thomae. An tamen vera sententia sit, videbimus infra disputando de satisfactione. Reliquae solutiones non habent difficultatem.

ARTICVLVS III.

Vtrum praedicta tria sint partes integrales poenitentiae.

4. dist. 16. q. 3.  
1. art. 1. q. 3.  
2. ad 1. art. 1. q. 3.



Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod praedicta tria non sint partes integrales poenitentiae. Poenitentia enim, ut dictum est, contra peccatum ordinatur. Sed peccatum cordis, oris, & operis, sunt partes subiectivae peccati, & non partes integrales: quia peccatum de quolibet horum predicatur. Ergo etiam in poenitentia cordis, confessio oris, & satisfactio operis non sunt partes integrales.

Præterea: Nulla pars integralis in se continet aliam ibi conditam. Sed contritio continet in se confessionem, & satisfactionem in proposito. Ergo non sunt partes integrales.

Præterea: Ex partibus integralibus, simul & aequaliter constituitur totum: sicut linea ex suis partibus. Sed hoc non

**A** contingit hic. Ergo praedicta non sunt partes integrales poenitentiae.

Sed contra, ille dicuntur partes integrales, ex quibus perfectio totius integratur. Sed ex tribus praedictis integratur perfectio ipsius poenitentiae. Ergo sunt partes integrales poenitentiae.

Art. preced. posita in art. 1.

Respondet dicendum, quod quidam dixerunt haec tria esse partes subiectivae poenitentiae. Sed hoc non potest esse: quia singulis partibus subiectivae adest tota virtus totius, & simul & aequaliter, sicut tota virtus animalis, in quantum est animal, salvatur in qualibet specie animalis, qua simul & aequaliter dividitur animal. Sed hoc non est in proposito. Et ideo alij dixerunt, quod sunt partes potentiales. Sed nec hoc verum esse potest, quia singulis partibus potentialibus adest totum secundum totam essentiam: sicut tota essentia animae adest cuilibet eius potentiæ. Sed hoc non est in proposito. Vnde relinquatur, quod praedicta tria sint partes integrales poenitentiae. Ad quarum rationem exigitur, ut totum non adsit singulis partibus, neque secundum totam virtutem eius, neque secundum totam eius essentiam, sed omnibus simul.

**B** Ad 1. ergo dicendum, quod peccatum, quia rationem mali habet, potest in vno tantum perfici, ut dictum est. Et ideo peccatum, quod in solo corde perficitur, est vna species peccati. Alia vero species est peccatum, quod perficitur in corde & opere. Tertia vero species est peccatum, quod perficitur in corde & opere. Et huiusmodi peccati partes quasi integrales sunt, quod est in corde, & quod est in ore, & quod est in opere. Et ideo poenitentia, quae in his tribus perficitur, haec tria sunt partes integrales.

Art. preced. ad 4.

Ad 2. dicendum, quod vna pars integralis potest continere totum, licet non secundum essentiam: fundamentum enim quodammodo virtute continet totum adfectum. Et hoc modo contritio continet virtute totam poenitentiam.

Ad 3. dicendum, quod omnes partes integrales habent ordinem, quendam ad invicem. Sed quaedam habent ordinem tantum in situ: sive consequenter se habeant, sicut partes exercitus: sive se tangant, sicut partes aeris: sive etiam colligentur, sicut partes domus: sive etiam continentur, sicut partes lineae. Quaedam vero habent insuper ordinem virtutis, sicut partes animalis, quarum prima virtute est cor, & aliae quodam ordine virtutis dependent ab invicem. Tertio modo ordinantur ordine temporis: sicut partes temporis & motus. Partes igitur poenitentiae habent ad invicem ordinem virtutis & temporis, quia sunt actus: non autem ordinem situs, quia non habent positionem.

COMMENTARIVS.

**R**espondet D. Thom. affirmando esse partes integrales. Quam assertionem probat ostendendo non esse partes subiectivae, nec potentiales: quia non tota essentia sacramenti poenitentiae adest singulis harum partium, neque essentialiter, nec secundum virtutem. Nullam tamen mentionem facit partium essentialium, cum tamen de hoc membro posset esse praecipua quaestio. Sed D. Thomas supponit, quatenus hoc sacramentum constat ex materia & forma, in his partibus includi aliquid, quod est de essentia sacramenti. Quid autem illud sit, hoc loco non declaravit, declaraturus postea fortasse in singulis partibus. Comparando autem partes illas ad totam materiam huius sacramenti, sic recte concludit esse partes integrales illius. Manifestum est non posse dici potentiales eo sensu, quo D. Thomas hac voce vitur. Non solum propter rationem eius, sed etiam quia non sunt potentiae ipsius essentiae sed substantiae, sed componentes aliquo modo ipsam substantiam. Et eadem ratione non possunt dici partes subiectivae, quia haec non componunt substantiam eius, cuius

**E**rgo praedicta tria sunt partes integrales poenitentiae. Sed D. Thomas supponit, quatenus hoc sacramentum constat ex materia & forma, in his partibus includi aliquid, quod est de essentia sacramenti. Quid autem illud sit, hoc loco non declaravit, declaraturus postea fortasse in singulis partibus. Comparando autem partes illas ad totam materiam huius sacramenti, sic recte concludit esse partes integrales illius. Manifestum est non posse dici potentiales eo sensu, quo D. Thomas hac voce vitur. Non solum propter rationem eius, sed etiam quia non sunt potentiae ipsius essentiae sed substantiae, sed componentes aliquo modo ipsam substantiam. Et eadem ratione non possunt dici partes subiectivae, quia haec non componunt substantiam eius, cuius

cuius dicuntur esse partes, quod intelligitur, vt diximus, in ordine ad sacramentum, nam in ratione actus virtutis poenitentiae recte possent haec dici partes subiective, quia in omnibus illis vera ratio actus poenitentiae inuenitur, vt constat ex superius dictis disp. 6.

ARTICVLVS IV.

Vtrum conuenienter diuidatur poenitentia in poenitentiam ante baptismum, poenitentiam mortalium, & poenitentiam venialium.

4 dist 16 q. 1. art. 2. qu. 1. & 5. Corin. & Mat. 3. co. 2. fin.



Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter diuidatur poenitentia in poenitentiam ante baptismum, poenitentiam mortalium, & poenitentiam venialium. Poenitentia enim est secunda tabula post naufragium: (vt supra dictum est) baptismus autem prima. Illud ergo quod est ante baptismum, non debet poni species poenitentiae.

Præterea: Quod potest destruere maius, potest etiam destruere minus. Sed mortale est maius peccatum, quam veniale. Illa vero poenitentia, quae est de mortalibus, eadem etiam est de venialibus. Non ergo debent poni diuersae species poenitentiae.

Præterea: Sicut post baptismum peccatur venialiter & mortaliter, ita etiam ante baptismum. Si ergo post baptismum distinguitur poenitentia venialium & mortalium, pari ratione debet distingui ante baptismum. Non ergo conuenienter diuiditur poenitentia per has species.

In lib. de v. ril. poen. & de medicina poen. cap. 2. tomo 9.

Sed contra est, quod Augustinus in libro de Poenit. ponit praedictas tres poenitentiae species.

Respondetur dicendum, quod haec diuisio est poenitentiae, secundum quod est virtus. Est autem considerandum, quod quilibet virtus operatur secundum congruentiam temporis: sicut & secundum alias debitas circumstantias. Vnde & virtus poenitentiae actum suum habet in hoc tempore, secundum quod conuenit nouae Legi. Pertinet autem ad poenitentiam, vt detestetur peccata praeterita cum proposito immutandi vitam in melius, quod est quasi poenitentiae finis. Et quia moralia recipiunt speciem secundum finem (vt in Secunda parte habitum est) conueniens est, quod diuersae species poenitentiae accipiantur secundum diuersas mutationes, quas poenitens intendit.

1. 2. q. art. 3. & q. 18. art. 4. & 6.

Est autem triplex mutatio a poenitente intentata. Prima quidem per regenerationem in nouam vitam, & haec pertinet ad poenitentiam, quae est ante baptismum. Secunda autem mutatio est per reformationem vitae praeteritae iam corruptae, & haec pertinet ad poenitentiam mortalium post baptismum. Tertia autem mutatio est in perfectiorem operationem vitae, & haec pertinet ad poenitentiam venialium, quae remittuntur per aliquem feruentem actum charitatis, vt supra dictum est.

Q. 87. ar. 2. & 4.

Ad 1. ergo dicendum, quod poenitentia, quae est ante baptismum, non est sacramentum, sed est actus virtutis, disponens ad sacramentum baptismi.

Ad 2. dicendum, quod poenitentia, quae delet peccata mortalia, delet etiam venialia: sed non conuertitur. Et ideo haec duae poenitentiae se habent, sicut perfectum & imperfectum.

Q. 87. ar. 4.

Ad 3. dicendum, quod ante baptismum non sunt peccata venialia sine mortalibus. Et quia veniale sine mortali dimitti non potest (vt supra dictum est) ideo ante baptismum non distinguitur poenitentia mortalium & venialium.

Hic Articulus per occasionem insertus est à D. Th. hoc loco ad explicandum dictum D. Aug. lib. de Poen. medici. c. 2. & lib. 50. ho. ho. vl. c. 2. & habetur in c. Tres sunt, de poen. d. 1. Vt igitur D. Th. hac diuisionem explicet, supponit eam dari de poenitentia, vt est virtus, non vt est sacramentum. Quod quidem manifestum est, loquendo de diuisio: quia ante baptismum non habet locum poenitentia, quae est sacramentum. ergo, vt hoc membrum sub illo diuiso comprehendatur, non potest hic diuidi poenitentia sacramentalis. Sed dicit aliquis, ob rationem proportionalem non posse poenitentiae virtutem esse diuisum huius diuisionis: quia post baptismum non sola haec poenitentia, sed sacramentalis agenda est. Videtur ergo necessarium, vt diuisum abstrahat à poenitentia, vt est virtus, & sacramentum. Dicendum vero est, poenitentiae sacramentum quatenus ex parte poenitentis exercendum est, ex actibus virtutis poenitentiae constare, ita vt ipsamet confessio ab interna poenitentiae virtute imperanda sit, vt recte fiat. Et ideo, licet poenitentia post baptismum sacramentalis esse debeat, hoc non excludit quominus diuisum illud possit esse poenitentiae virtus, & adaequate illa omnia membra comprehendere. Præterea distingui posset poenitentia agenda, & recipienda. Nam Augustinus praecipue diuidere intendit poenitentiam agendam ab ipso suscipiente: & haec semper est virtus, seu actus virtutis etiam post baptismum in ordine ad conficiendum sacramentum facienda sit: non est tamen hoc semper necessarium, praesertim quando aliquis semel confessus est peccata commissa.

Quod sit diuisum in hac diuisione. Obiectio.

Soluiur.

Hoc ergo supposito, responderet D. Th. recte esse diuisionem illam traditam, quia virtus poenitentiae mouet hominem ad agendam poenitentiam conuenientem & statui ipsius hominis, & grauitati peccatorum, quia, cum sit virtus, operatur secundum debitas circumstantias. Sed alia poenitentia necessaria est de peccatis mortalibus ante baptismum, & alia post baptismum, & alia rursus de venialibus: ergo conuenienter data est illa diuisio. Minorem declarat D. Th. ex fine poenitentiae, qui est vitam in melius commutare: quia species (inquit) rerum moralium ex fine distinguuntur: finis autem poenitentiae ante baptismum est regeneratio in nouam vitam: post baptismum vero est reformatio vitae prius habitae, & corruptae, quando poenitentia est de mortalibus: per poenitentiam autem venialium solum fit mutatio in perfectiorem operationem vitae: ita ergo apte diuisio illa data est.

D. Thom. conclusio.

Ex qua declaratione posset aliquis intelligere, hanc diuisionem dari in diuersas species poenitentiae, quia distinctio actuum moralium ex fine specifica est, & essentialis. Sed reuertitur illa diuisio accidentaliter, nam sumitur aut ex diuersis statibus poenitentis: vt sunt esse, vel non esse baptizati: aut ex diuersis obiectis materialibus, qualia sunt diuersa peccata. Ex illis autem diuersis statibus provenit, vt secundum diuinam institutionem alius poenitentiae modus sit necessarius ante vel post baptismum, vt totum sacramentum quod peccatum inculcit, remoueat. Et quia hic est finis poenitentiae, ideo in ordine ad illum finem distinguuntur illa membra. Quae magis est distinctio in medijs ad illum finem, qualia sunt illa duo sacramenta, quam in proprio & intrinseco fine ipsius poenitentiae. Quamuis considerando effectum proximū baptismi, aut absolutionis, ille habeat rationem finis: & sic etiam distinguantur illae poenitentiae ex parte finis: qui tamen extrinsecus est respectu poenitentiae, & ideo non distinguitur essentialiter species.

Dispositio in modis distans.

Sic ne distinctio essentia, vel accidentalis.

Secundo, vt hoc amplius explicemus, possumus ex dicta doctrina colligere, diuisionem illam habere locū suo modo in interiori poenitentia maxime autem

4. Diuisio hac locum habet in

tem in exteriori, de qua potissimum loquitur Augustinus. Primum explicatur: nam interior penitentia, secundum essentialē rationem suam, eadem haberi potest, vel debet de peccatis mortalibus, siue ante, siue post baptismum commissis. Nā si sit contritio, semper est eiusdem rationis essentialis: si vero habeatur attritio hæc, ut in superioribus tractando de baptismo ostēdi, & infra etiā attingetur, eadē secundum substantiam necessaria est de peccatis mortalibus ante, vel post baptismum commissis. Nihilominus differunt hæc duæ penitentia; & prior respicit semper mediū baptismi, quod saltem in voto excludit, ut sit efficax ad destruendū peccatū, qui est finis penitentia; posterior vero respicit sacramentū confessionis: & quia hæc duo sacramenta habent diuersos fines proximos, ideo etiā illæ duæ penitentia; eodē fines respicere dicuntur, & secundum eos distinguitur: quæ tamen distinctio in ordine ad penitentia; virtutem accidentalis est, ut declarauit.

Atque hinc fit, ut magis differant hæc duæ penitentia; in actibus externis. Primum quidem in ordine ad remissionem culpæ: nam vna imperat exteriorē confessionem: alia vero exteriorē ablutio-nem, quæ quatenus sit ex intentione destruendi culpam, præsertim actuale, à virtute penitentia; imperatur, & inter actus eius externos numerari potest. Quantum ad remissionem autē pena; est discrimen, quia de peccatis mortalibus ante baptismum commissis, per se loquendo, nō est necessaria exterior penitentia satis factiua præter baptismum, quia cum in illo fiat renouatio per modum regenerationis, omnis pena per illum remittitur. Quod fecus est in penitentia, qua agit de peccatis commissis post baptismum, ut infra latius dicemus. Dixi autē per se, tū quia si baptismus suscipi nō possit, tunc poterit esse necessaria talis penitentia, etiā de peccatis ante baptismum, ut plene remittantur: tum etiam, quia licet propter dictam satisfactionem non sit necessaria talis penitentia exterior, propter curationem tamen vitæ futuræ, vel propter exitandum animū ad veram interiorē penitentiam necessaria esse potest. Et propter hanc præcipue causam videtur Augustinus distinctisse illa duo membra.

Sed tunc occurrit difficultas circa tertium membrum, quo modo in illa diuisione sit additum. Et ratio dubitandi est, quia illud membrum non opponitur aliis duobus, sed penitentia; de mortalibus: nā cum venialia peccata possint & ante, & post baptismum committi, etiam penitentia illorum potest in illa duo membra distingui: non ergo recte cōdistinguitur hoc membrum aliis duobus. Duobus modis possumus hoc declarare: & in vtroque trimēbris illa diuisio duas bimembres in virtute seu implicite continet, quamuis diuersimode. Prior modus est, ut duo prima membra intelligantur de penitentia mortalium peccatorum ante, vel post baptismum commissorum. Ita ut prior diuisio sit, penitentia alia est de mortalibus, alia de venialibus peccatis. Et rursus penitentia de mortalibus alia est ante, alia post baptismum. Sciatim vero se offert interrogatio, cur hæc subdivisio non detur etiam de penitentia veniali. Facilis vero est responsio, si dicamus, penitentiam venialium eandem sufficere ante vel post baptismum. Imò nec penitentiam formalem de illis necessariam esse, sed virtuales sufficere per feruorem charitatis, ut supra dictum est, & hic reperit D. Th. Quapropter hic diuidendi modus, & ad doctrinam huius articuli in corpore non male accommodatur, & si rē ipsam per se spectemus, abstrahendo à mente Augustini, satis probabiliter satisfacere videtur. Alius modus est, ut prius intelligatur diuisio penitentia; in eā, quæ est ante, vel post baptismum: Et rursus ista, quæ est post baptismum subdividatur in eā, quæ est mortaliū, aut venialium peccatorum. Et hunc modum magis insinuat D. Thomas, Fr. Suarez tom. 4.

A præsertim in solutionibus argumentorum, utiam videbimus.

Sed oritur obiectio, quam D. Thom. proponit in argumento tertio, cur videlicet illa subdivisio penitentia; mortalium, & venialium non sit data de peccatis ante baptismum, cum etiam ante baptismum venialia peccata præcedant. Respondet D. Thomas rationem esse, quia ante baptismum eadem penitentia tolluntur venialia, qua mortalia, & per illam solam. Huius autem ratio est, quia ante baptismum non sunt peccata venialia sine mortalibus, nec etiā post sunt aufert sine mortalibus. Circa quam responsionem Scotus, & alii obiciunt contra secundum principium assumptum. Sed illud nos in superioribus definiuimus, & ostēdimus, quoties veniale peccatum coniunctum est mortali, nunquam auferri saltē de lege ordinaria sine mortali. Maior nobis difficultas est in alio principio, scilicet quod ante baptismum nō possit esse peccatum veniale sine mortali. Et ratio dubitandi sumitur ex 1. a. quia nō oportet ut primum peccatum hominis non baptizati peruenientis ad vsum rationis sit peccatum mortale, sicut nec in homine iam baptizato in infantia idē videatur necessarium. Sed D. Thomas ad hoc responderet negando assumptum. Qui vero nollet ad illā coarctari doctrinam, quia re vera difficilis est & rigorosa, posset in præsentia dicere, perinde esse, quod peccatum veniale sit coniunctū originali, vel mortali, nam sine illo remitti non potest. Atque ita semper tollitur per illud remedium, quo tollitur peccatum mortale, vel originale, siue hoc sit penitentia; siue non: & ideo non oportuit assignare penitentiam, quæ sit remedium venialium peccatorum.

Sed tunc occurrit secunda obiectio: nam illa ratio solum procedit de peccatis venialibus, quæ committuntur durate originali: potest autē contingere ut prius homo non baptizatus iustificetur per dilectionē Dei super omnia, & tunc peccet venialiter, prius quā mortaliter, quod est extra controuersiam: ergo tunc agi poterit ante baptismum penitentia propria venialium tantum peccatorum, sicut agi poterat ante institutum baptismum. Sed responderi posset, defendendo literam D. Thomæ nunc penitentiam illam venialium censei veluti post baptismum: quia licet non sit in re susceptus, est susceptus in voto, alias nō potuisset originale peccatum esse sublatum. At vero, ante baptismum institutū, posset distingui penitentia venialium à penitentia mortalium eodē modo, quo hic D. Thomas illa duo membra declarat, tamen illa diuisio tunc esset proportionalis illi, quæ nunc de penitentia post baptismum datur: nūc vero solum agimus de penitentia secundum præsentem institutionem. Sic ergo probabiliter defenditur hæc responsio D. Thomæ. Aliter vero responderet idem D. Tho. in 3. d. 16. q. 1. ar. 2. quæstio. 5. ad 1. vbi ait, statum hominis ante baptismum non diuersificari, per veniale, & mortale, quantum ad hoc quod est esse, vel non esse in Ecclesia: post baptismum vero diuersificari, quia per mortale sit homo extra Ecclesiam merito, licet non per veniale.

Quæ responsio non caret suis difficultatibus, sed illas omitto, & magis iuxta mentem Augustini rem explicando, dicendum censo, Augustinum nō distinctisse actus penitentia; secundum se, sed modos exterioris penitentia; quos instituit, vel habet Ecclesia ad subueniendum peccatori: quia secundū se & parum distinguuntur penitentia venialium, vel mortalium peccatorum, & eo modo etiam ante baptismum distinguuntur. Nam, si sit sermo de interiori penitentia, secundum essentialē rationē virtutis nō differunt, ut supra declaratum est: differunt autem vel secundum maiorem, aut minorem necessitatem, quia magis necessaria est penitentia de mortalibus, quam de venialibus peccatis: vel secundum maiorem, aut minorem perfectionem, si sub quadam

Obiect.

Enodaturà D. Thom.

Difficultas circa solutionem.

Satisfactio difficultati.

Obiectio altera.

Prior obiectio.

Enodatio altera.

Germana ratio iuxta Augustini mentem.

Q

quadam

quodam præcissione sumantur. Nam secundum rem idē actus poenitentia potest esse de mortalibus & de venialibus peccatis, generaliter omnia detestando vno actu sub communi ratione offensæ diuinæ, vel alicuius malitiæ moralis, & tunc solū distinguitur poenitentia venialium, & mortalium secundum rationē, & habitudinem ad diuersa peccata. Aliquando vero potest esse actus poenitentia de solis mortalibus, vel formaliter de solis venialibus, & tunc, licet poenitentia mortalium ex ea parte, qua est de maiori malo, videatur esse maior, re tamē vera illa, quæ est de venialibus, est perfectior cæteris paribus. Vnde virtute cōpletitur poenitentiam mortalium, nō vero ē cōuerso. Hæc vero differentia tantū est secundū magis & minus, si eadem ratio formalis detestandi retineatur: quæ omnia cōstant ex superius dictis de actibus poenitentia virtutis. Si vero sit sermo de poenitentia exteriori, solum potest esse diuersitas, quia grauior postulat magisq; necessaria est de mortalibus, quā de venialibus peccatis. Et hæc omnia vera sunt tam ante baptismum, quam post baptismum, & tam tempore legis gratiæ, quā scripturæ, ante, vel post circumcisionem, & in tempore legis naturæ, ante, vel post remedium originale peccati. Ac denique, etiā si nullum fuisset originale peccatum, haberet locutus ille distinctionis modus.

Non ergo de ea re locutus est Augustinus, sed distinxit tres actus seu modos poenitentia, quos pro diuersis hominibus Ecclesia exercet. Vnus est pro catechumenis, quos Ecclesia præparat ad baptismum per actus aliquos poenitentia exterioris, ne obicem ponat, & in eis nō distinguit inter peccata mortalia, & venialia: quia ad prædictum finem necessariū nō est, quia remedium baptismi de se æquē tollit peccata mortalia, ac venialia, remoto obice. Et hæc vocata est ab Augustino poenitentia ante baptismum. Alius modus poenitentia est pro hominibus iam baptizatis, mortuis tamen spiritualiter. Et hæc poenitentia proprie ac per se consistit in cōfessione, & satisfactione sacramentali: nam his hominibus necessaria est, & pro illis est per se primo instituta, licet propter excellentiam illius remedii complectatur etiā venialia. Tertium genus hominum est, qui & baptizati sunt, & infirmi, qui re & merito dicuntur esse vna membræ Ecclesiæ, & quia hi sapius venialiter delinquant, ideo pro his leuiora remedia sunt instituta, vt supra vidimus: & hæc specialiter vocatur poenitentia venialium peccatorum. Et ita est facilis diuifio, & ratio ob quam post baptismū distincta fuerint ab Augustino illa duo membra, & non antea.

Circa solutionem ad 2. notanda est illa propositio, Diuum Thomam respondere argumento, supponendo metaphoram illam, qua dicitur poenitentia secunda tabula post naufragium, conuenire sacramento poenitentia comparatione baptismi, qui est prima tabula. Quia vero accommodari etiam potest poenitentia virtuti comparatione innocentia, vt supra dictum est, iuxta doctrinam eiusdem D. Thomæ in quæst. 84. articulo 6. ideo addendum est, poenitentiam ante baptismum, si sit de mortalibus, vocari secundam tabulam, non comparatione baptismi, sed comparatione innocentia, seu amoris, & obedientia erga Deum.

Circa solutionem ad 2. notanda est illa propositio, Poenitentia, qua delet peccata mortalia, delet etiam venialia, sed non conuertitur. Ex qua colligit D. Thomas hæc duo differre sicut perfectum, & imperfectum. Vtrumque autem videtur esse contra superius dicta: nam diximus contritionem de mortalibus non necessario includere venialia: cōuerso vero detestationem venialium esse virtutalem detestationem mortalium, & delere illa, si sit contritio. Ex quo paulo antea inferebamus, cæteris paribus perfectiorem esse internam poenitentiam de venialibus, quam de mortalibus. Respondetur, D. Thomam loquutum

Explicatur  
Diui Tho.  
propositio.

esse de exterioribus remediis poenitentia, quæ sunt in Ecclesia pro mortalibus peccatis, vel pro solis venialibus, & in hoc sensu nulla est difficultas. Generalius tamen loquendo dicendum est, aliud esse loqui de remedio contra peccatum secundum se, seu in specie, aliud vero in particulari, & indiuiduo: nā priori modo verum est, omnem poenitentiam, quæ sufficit ad delenda mortalia, sufficere ad delenda venialia, si tamē ad illa applicetur, & ita cōtritio de se, ad vtrūq; delenda sufficit: quauis cōtritio in particulari talis esse possit, vt nō sufficiat ad delenda venialia, quia ad illa non applicatur, sicut etiam aliqua absolutio, vel confessio potest esse tollere mortalia, & non venialia, si non sint illi applicata in ratione materiae. Et in eodem sensu verum est poenitentiam, quæ secundū speciem suā est poenitentia mortalium, perfectiorem esse, quam quæ est tantum venialium: quia illa prior de se etiam extenditur ad venialia. Quod si in indiuiduo interdum est minus perfecta, ideo est, quia non extenditur ad venialia. E contrario vero cōtritio venialium censetur perfectior in indiuiduo, quia ex specie sua potest delere mortalia, & virtualiter saltem illa attingit, & destruit.

## DISPVATIO XV.

## De præceptis virtutis poenitentia.

**H**æc disputatio necessaria hoc loco videtur esse ad complementum huius prioris partis de virtute poenitentia: nam obligatio poenitentia antiquior est quam sacramentum, tanquam ipsi virtuti per se annexa. Duo autem sunt munera poenitentia. Vnum est satisfacere pro culpa, seu disponere hominem ad illius remissionem obtinendam: quod per internum actum contritionis maxime fit. Aliud est satisfacere pro pena, quæ manet remissa culpa: quod etiam per actus externos fit. Et de vtroq; munere dicendum est, an sub præceptum cadat, & quo tempore.

## SECTIO I.

Verum qui mortaliter peccauit, teneatur sub præcepto de peccato conteri.

**P**artem negantem docuit Victoria, vt referunt alii moderniores Thomistæ. Dicebat enim ille, poenitentiam quidem esse necessariam ad iustificationem, & salutem eternā necessitate mediū, ideoque, si non habeatur, hominem damnari, non propter nouum peccatum, sed propter antiquum, quod commisit. Neque oportere obligationes, & peccata multiplicare, quando nec conuenienter ratione conuincere possunt, neq; alicubi sunt expressa, vt in præfati cōtingit: nam omnia, quæ de necessitate poenitentia, & de periculo, & obiurgatione impoenitentia in Scriptura leguntur, possunt sufficienter intelligi ob necessitatem mediū.

Contritionem per se cadere sub præcepto, Concl. 1.

**N**ihilominus dicendum est primo, contritionem cadere sub speciali præcepto, supposito mortali peccato. Hæc assertio, si de propria & intrinseca cōtritione sumatur, intelligenda est per se, & seclusa institutione sacramenti: nam post illud dubitari potest, an cessauerit, hoc præceptum, stante iustificatione per solam attritionem cum sacramento: quod infra videbimus: si autem sub contritione intelligere velimus tam intrinsecam & propriam contritionem, quā attritionē æquiualentē illi ex cōiunctione ad sacramentū, ita generatim explicata conclu-

si verificatur de omni tempore, & lege: est que, vt existimo, communis Theologorum. Eam significat D. Thomas supra q. 84. art. 7. ad 1. q. 85. art. 2. qu. 86. art. 6. ad 3. Et idem sentit 2.2. qu. 79. art. 3. ad 2. vbi ait esse peccatū omissionis non penitere de peccato præterito. Et q. 88. art. 3. ad 2. ait, qui peccauit contra votum, teneri de propria culpa poenitentiam agere. Clarius hoc docet in 4. d. 17. q. 2. artic. 1. quæstionc. 2. ad 4. & q. 3. artic. 1. quæstionc. 4. Et ibi Bonauent. 2. p. artic. 1. q. 1. Richard. ar. 3. Durand. q. 10. n. 5. Maior. q. 9. Alensis 4. p. q. 18. membr. 2. artic. 3. Marfil. q. 12. art. 1. Soto d. 17. q. 2. art. 6. Cano relect. de Poenit. p. 4. Petrus Soto lect. 13. de Poenitent. Viguierius in summa cap. 16 s. 4. vers. 11. Vega libr. 13. in Tridentinum, c. 19. & 20. Medina Cod. de Poenit. q. 2. Sumiturque ex Hieronymo Ecclesiastes 3. & Augustino libr. 50. homiliarum, homil. 50. in cuius vitimis ferè verbis ita concludit persuadendo poenitentiam, *Circumstat ergo nos & præcepta recte viuendi, & exempla penitendi non tantum recte faciendum, sed etiam penitendum. Clarius Tertullianus in lib. de Poenit. c. 4. vbi ad persuadendam bonam esse poenitentiam, hoc medium sumit, Bonum atque utile esse quod Deus præcipit: & infra, Bonum est penitere, an non? quid reuoluis? Deus præcipit.*

Præterea ex Sacra Scriptura possunt ad hoc suadendum afferri ex veteri testamento grauissimæ reprehensiones Prophetarum, Esai. 65. Hierem. 8. & sæpe alias, contra eos, qui voces Dei non audiunt, & poenitentiam nõ agunt: non enim solent hoc modo reprehendi homines, nisi quia præcepta non seruât. Ex nouo autem testamento non infimum argumētum est, quod Christus Dominus, Ioannes Baptista, & omnes Apostoli Matth. 3. Marci 1. Actor. 2. prædicationem suam à poenitentia inchoarunt: nec persuadebant solum vitæ mutationem, sed etiam priorum peccatorum detestationem, vt in superioribus visum est: non persuadebant autem illam tanquam rem vtilem, & solum sub consilio existentem, neque noua præcepta quoad hoc imponebât, vt ex verbis eorum constat; sed supponebant omnibus esse cognitam illius rei necessitatem, & obligationem. Quæ expressius declarant Christus Lucae. 13. dicens: *Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis.* Quæ verba ante institutionem sacramenti dicta fuere: & declarant hanc poenitentiam omni tempore fuisse necessariam, vt docuit etiam Concilium Tridentinum sessio. 14. cap. 4.

Sed aiunt, his omnibus rectè concludi necessitatem mediæ, & cum illa sufficienter saluari: & ideo nõ satis probare necessitatem præcepti. Sed contra, nã ex similibus verbis colligimus in Eucharistia necessitatem præcepti, & in baptismo, & in confessione vtamque necessitatem mediæ, & præcepti: ergo idem dicendum est in præsentia de poenitentia secundum se sumpta, & secluso sacramento. Respondere possunt, esse duplex discrimen: nam illa verba conditionata ex vi sua significant necessitatem, & hanc immediatè concludunt in quacumq; materia: in illis autem tribus sacramentis nulla esset necessitas ex solaciæ natura, nisi ex præcepto orta esset: & ideo ex verbis illis in tali materia optime concluditur necessitas præcepti: necessitas autem mediæ solum iuxta exigentiam materiam, cum ad eorum locis declarauit. At vero poenitentia interior per se & natura sua est necessarium medium ad remissionem peccati: & ideo secluso speciali præcepto poenitentia, verificantur illa verba, *Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis*, videlicet non propter speciale impernentia peccatum, sed propter peccatum, quod per poenitentiam non deletur. Et hoc est primum discrimen à priori, ratione cuius ex his verbis non videtur colligi præceptum, cum ad eorum veritatem necessarium non sit. Aliud discrimen à posteriori est, quia in dictis tribus sacramentis necessitas illo-

rum manet, etiam si homo iustificatus sit sine reali susceptione illorum: quod est signum: illa non tantum esse media necessaria ad iustificationem, sed etiam ex præcepto. Secus vero est in contritione: nam si aliquis sine illa iustificatus est, iam non est illi necessaria: ergo signum est, in illa tantum esse necessitatem mediæ.

Contra hanc vero responsonem obiicitur vtique discrimen in rigore falsum esse. De primo patet, quia formalis actus poenitentia, licet habeat magnâ proportionem ad talem effectum, & hac ratione dici possit esse intrinsecum & connaturale mediū: nihilominus tamen non habet ex se necessitatem simpliciter ad illum finem: nisi ex diuina voluntate & ordinatione descendat. Tum quia ipsa sufficientia, vel efficacitas, vt sic dicam, contritionis ad delendum peccatum in suo genere, non est per se sola naturalis causalitatem eius, nisi intercedat etiam Dei ordinatio, & remissio, vt alibi dictum est late. Tum maxime, quia, si contritio, seu formalis poenitentia haberet illam causalitatem, etiam illam haberet amor diuinus, & consequenter (etiam in illa opinione) formalis poenitentia ex sua natura, & sine diuina ordinatione non posset esse medium necessarium, quia alius actus per se sine illo sufficeret. Falsum est ergo primum discrimen: nam, licet institutio illorum sacramentorum & magis noua sit, & magis extrinseca videatur: tamen etiam necessitas contritionis non est sine institutione pendente ex præcepto, & voluntate diuina. Cuius signum est, quia hæc institutio ex parte mutata est in lege noua, vt infra dicam.

Secundum discrimen etiam falsum est, vt rectè notarunt Medina, & Vega supra; & constat ex dictis supra de necessitate huius mediæ. Diximus enim, si contingat aliquem iustificari per solū amorē sine formali poenitentia, teneri postea ad formale poenitentiam habendam: ergo, si hoc est signum præcepti, potius inde concluditur dari præceptum formalis poenitentia, seu quod idem est, contritionis: nam alii actus minus perfecti, nec per se necessarii sunt, nec sufficient. Adde præterea, ex ipsa necessitate mediæ optime colligi, vel nunquam posse iustificari hominem sine tali actu, vel si interdum absq; illo iustificatur, manere obligatum ad illum postea exercendum. Nam alias, neq; in re esset necessarius illud medium, neque in voto, nullo ergo modo est medium necessarium: hæc tamen alius motus inuentus non est. Sicut nunc, postquam aliquis iustificatus est per contritionem, si non maneret obligatus ad confessionem peccatorū, non potest dici confessio mediæ necessarium ad talem effectum. Et ratio est, quia illa sola causa est necessaria ad effectū, sine qua fieri non potest, alioqui erit causa sufficiens, nõ tamen necessaria: medium autè est causallius effectus, ad quem dicitur necessarium.

Secundo obiicio contra dictam responsonem, & probo simul assertionem positam: quia, licet daremus illa verba Christi immediate intelligi ad necessitatem mediæ, ex illa optime inferitur necessitas præcepti, si medium tale sit, vt si actus humanus pendens ex libera hominis voluntate, vt excludamus primū auxiliū præueniētis gratiæ & habitus, nam hæc, quæ à Deo in nobis sine nobis fiunt, non possunt cadere sub præceptum, nisi quatenus aliquid horū pēdet ex dispositione nobis libera, quia præcepta solū possunt de his, quæ sunt in nostra potestate. Quod ergo tale medium, si necessarium sit ad salutem, nobis præcipiatur, videtur esse communis consensus Theologorū. Et inductione constat in actu fidei, spei & charitatis, &c. Ratio enim moralis est euidentis, quia præcepta dantur in ordine ad finem vltimū consequendum, & honeste vitam instituendā: sed nihil est magis necessarium ad honestatem vitæ & ad cōsequutionem vltimi finis, quam id sine quo non potest stare

Replicafol. uisur.

Eadem r. replicafol. do improbatu: & probatur assertio vltima.



stare illa honestas, neque ille finis: ergo nihil magis potest cadere in praeceptum, quā hoc mediū. Quid enim praecipitur, si hoc non praecipitur? aut quomodo legislator sufficienter prouidet hominibus, si haec media in suis legibus praetermittit? Et in praesenti declaratur specialiter, supponendo amorem Dei infusum & super omnia, si habeatur, sufficere per modum dispositionis ad remissionem peccati & iustificationem.

Constituamus ergo hominem habentem conscientiam actualem peccati mortalis, & actualiter cogitantem de poenitentia illius, & iudicantem sibi non esse praeceptum: probo igitur poenitentiam non posse esse medium necessarium stante hac rerum dispositione. Quia ille potest sine peccato nolite poenitere, & consequenter Deum poterit super omnia amare, ergo recte concludit poenitentiam non posse esse medium necessarium, nisi etiam sit praeceptum.

*Triplicem motiū, ex quo potest oriri praeceptum poenitentiae, proponitur.*

*Primum.*

**T**ertia, vt propriam rationem huius praeccepti declaremus, & ad quam virtutem spectet, aduertendum est, tribus modis, seu ex triplici motiuo posse oriri hoc praecceptum, scilicet ex lege iustitiae, qua tenetur vnusquisque satisfacere iniuriae factae, quae lex in proposito pertinet ad specialem virtutem poenitentiae, iuxta supra tractata.

*Secundum.*

Secundo ex lege Charitatis diuinae, quae sicut obligat ad diligendum Deum super omnia: ita obligat etiam hominem vt quod in se est faciat ad recuperandam amicitiam diuinam, si illam perdidit, ac denique ad habendum Deū pro vicimo fine. Tertio ex lege charitatis, propriae, quatenus homo tenetur habere curam animae suae, & consequenter adhibere media necessaria ne in aeternum pereat: si enim charitas proximi obligat vt vnusquisque prouideat alteri in necessitate spiritali, si vnus potest, & alter grauius indiget, multo magis charitas propria obligabit, vt vnusquisque prouideat sibi ipsi. Quae omnia indicauit D. Thomas quaezitione octuagesima quarta articulo quinto ad secundum.

*Tertium.*

Ex his autem tribus rationibus non omnes sunt aequae certae. Nam prima pendet ex illa quaestione, an poenitentia sit specialis virtus distincta à charitate: quia, si distincta non est, nec praecceptum illud potest esse distinctum à praeccepto pertinente ad charitatem: vnde, si fortasse Victoria hoc solum negare voluit, minus improbabilis est eius opinio. Nihilominus tamen, sicut probabilis est poenitentiam esse specialem virtutem iustitiae ad DEVM, à charitate distinctam, ita verum censeo, esse sufficientem illam rationem huius praeccepti; imo hoc esse proprium praecceptum poenitentiae, quod inquirimus, vt bene sensit Petrus Soto supra: & significauit Diuus Thomas loco proxime citato, dicens, *Requiris Charitas quod homo doleat de offensa in amicum commissa, & quod homo studeat satisfacere*: Nam primum horum pertinet ad charitatem immediate & ratione sui, secundum autem potius imperatiue, seu ratione iustitiae. Sicut inter homines charitas requirit, vt satisfactio exhibeatur; illud tamen est remotè: nam proxime pertinet ad iustitiam. Cum ergo poenitentia sit quaedam iustitia ad Deū, cui per peccatum iniuria illata est: ad illam proxime spectat obligatio satisfaciendi, prout homo potest, & Deus offensus exigit. Imò, si praecceptum poenitentiae non esset huiusmodi, satisfactio pro iniuria Deo illata non caderet sub praecceptum propter se, seu propter rationem iustitiae, sed solum a-

*D. Tho.*

*Ex his autem tribus rationibus non omnes sunt aequae certae.*

*Poenitentia cadere sub praeccepto, ut procedit ex iustitia ad Deum. Assere 2. Petr. Soto.*

amicitia diuina, seu eius redintegratio, & reliqua, quatenus sunt media ad hunc finem necessaria. Consequens autem est falsum, tum quia ipsa aequitas iustitiae secum affert obligationem satisfaciendi propter suam honestatem, seu propter ius alterius: tum etiam quia alias amor Dei per se sufficeret ad hunc finem restituendi hominem in amicitiam Dei, & sine causa exigeretur poenitentia, & alia satisfactio.

Sed obiici potest, quia praecceptum poenitentiae non obligat ad exercendum actum poenitentiae sub speciali motiuo illius virtutis: nam si homo contritionem eliciat ex motiuo charitatis, satis implet hanc obligationem poenitentiae: ergo nullum interuenit hic praecceptum proprium illius virtutis, quia virtus non obligat, nisi ad proprium & specialem actum, qui sub proprio illius motiuo fiat.

Respondetur hic duo esse distinguenda: vnum est velle satisfacere Deo: aliud est ipsum satisfacere, quod comparatur ad illam voluntatem, tanquam actus exterior ad interiorem. Praecceptum ergo per se cadit in ipsam satisfactionem, quatenus est constitutiua aequalitatis & iustitiae: & sub hac ratione pertinet ad virtutem iustitiae & consequenter cadit in voluntatem talis satisfactionis, quia praecepit illam vt actum voluntarium, & humanum. Sicut inter homines praecceptum restituendi per se cadit in actum exterioriorem, consequenter vero in voluntatem restituendi: nam licet vtique actus per modum vnus praecipiat, quatenus componunt vnū actum morale, nihilominus, quatenus distincti sunt, vnus praecipitur ratione alterius.

Atque hinc fit vt voluntas illa satisfaciendi Deo, per se cadat sub hoc praecceptum poenitentiae, imo & immediatus ordine executionis vt sic dicam: nam licet ordine intentionis ipsa satisfactio sit prius intentione, executio tamen incipere debet à voluntate. Contingit tamen aliquando, vt prius quam illa specialis virtus poenitentiae velit, aut imperet illam satisfactionem sub propria ratione, homo exerceat illam eandem satisfactionem ex puro motiuo charitatis Dei exercendo contritionem veram: & tunc re ipsa adimplet obligationem praeccepti poenitentiae, etiam vt pertinet ad virtutem iustitiae, quia in re ipsa fit ille actus, qui per illud praecceptum per se intenditur: quod satis est vt cesset, seu impleatur obligatio eius. Sicut inter homines, si quis de facto restituat alienum, etiam si id non faciat per formalem actum iustitiae, & intendendo honestatem eius, sed vel ex amore aliqui, vel ex timore poenae, nihilominus satisfactio obligationi iustitiae, quia id satis est, vt nec transgrediatur illam obligationem, neque amplius illa teneatur.

Ex quo etiam intelligitur, voluntatem illam iustitiae (tam respectu Dei, quam hominis) id esse elicitam à propria virtute iustitiae, non ita cadere absolute in praecceptum, vt sine illa non possit satisfieri obligationi praeccepti per aliam voluntatem, quae habeat eundem effectum, quamuis sub alio motiuo.

Sed nihilominus verum est talem virtutem iustitiae ex se obligare ad talem voluntatem, si necessaria sit ad talem effectum satisfaciendi vel restituendi, vel quia, si aliunde non proueniat, ipsa virtus iustitiae efficaciter mouet, & ex necessitate praeccepti ad talem voluntatem. Quod autem ex prauectione alterius, vt ita dicam, cesset materia eius, & consequenter cesset obligatio habendi illam, accidentarium est. Nam talis obligatio ex praeccepto affirmatiuo est, quod non obligat pro semper, sed pro tempore necessitatis: quia ergo exhibita satisfactione, vel restitutione in re ipsa, quacumque via id factum sit, iam cessat necessitas illius voluntatis, ideo cessat etiam obligatio. Quae doctrina ad plures alias virtutes, scilicet religionis, miser-

*Obiectio.*

*Solutio.*

*11*

miseri cordiæ, & similes applicari potest. Hocigitur modo præceptum hoc per se pertinet ad specialem virtutem poenitentiae, quanuis in re ipsa expleri possit actibus solius charitatis.

Sed infabit aliquis, nam hinc sequitur præceptū vnius virtutis obligare ad actum alterius, vt præceptum iustitiæ ad actum charitatis: huiusmodi enim est præceptum poenitentiae, quod per se primo dicitur obligare ad satisfactionem possibilem Deo exhibendam; quæ tamen non exhibetur, nisi per actū contritionis, qui est felicitas ad charitatem: Consequens autem videtur esse inconueniens, quia sicut virtus non operatur extra proprios terminos, ita nec præceptum eius extra illos obligat. Respondetur, sicut vna virtus potest imperare actum alterius, ita non esse inconueniens, vt obliget ad actum alterius, vt imperabilem ab ipsa: nam sub ea ratione actus imperatus ad eam virtutem spectat, vt actus externus: præcepta autem virtutum obligant etiam ad actus externos. Exemplum facile est in religione, nam sic hic & nunc ad reddendum Deo cultum debitum sit necessarium exercere actum fidei, ipsa virtus religionis obligabit ad exercendum illum; ita vt omifio talis actus tunc non fit contra fidem, sed contra religionem. Idemque est quoties necessitas exercendi actum vnius virtutis oritur ex alia virtute, quæ requirit actum alterius, vt medium fidei necessarium. Sic ergo in præsentī contritio quatenus est actus imperabilis à virtute poenitentiae, & medium necessarium ad impediendam obligationem illius virtutis, potest exigi ex vi præcepti ad illam virtutem poenitentiae.

*Poenitentiam cadere sub præceptum, vt procedit ex charitate diuina. Afferit. 3.*

Secunda radix huius obligationis supra tactæ vera est, & mihi certa supposita necessitate poenitentiae ad amicitiam Dei semel amissam recuperandam. Quia nullus actus charitatis maiori ratione cadit in præceptum eiusdem charitatis diuinae, quam ille, qui necessarius est ad ipsammet charitatem habendam: si ergo contritio est necessaria ad charitatem habendam, quia est necessaria ad reconciliationem cum Deo, quæ per charitatem fit, præceptum charitatis Dei obligat ad contritionem. Et hanc radicem huius præcepti tetigit D. Thomas supra, & frequentius Doctores supra citati.

Solum potest obici, quia modus virtutis non cadit sub præcepto: ergo nec dolor de peccato ex gratia & charitate: nec talis dolor, vt per illum consequamur gratiam & charitatem, cadit sub præcepto. Vnde Adrianus quodlib. 6. quæst. 3. ad vltimam quandam confirmationem ait, posse hominem dolere de peccato imperfectè, vt non consequatur gratiam, & nihilominus per illum dolerè implere hoc præceptum poenitentiae. Dico tamen sententiam Adriani falsam esse, & repugnantiam inuoluere, sub quocunque titulo hæc obligatio poenitentiae confideretur. Nam, si agamus de titulo iustitiæ, interrogo, an homo per illum dolorem satisfaciatur Deo quantum ipse exigit, necne. Si ita satisfaciatur, statim consequitur iustitiam, & reconciliatur Deo: hæc enim est promissio eius, vt in superioribus visum est: si verò non ita satisfaciatur, non facit acquitatem iustitiæ quantum potest, & debet: ergo non implet præceptum poenitentiae prout ad iustitiam pertinet. Similiter ratio sumpta ex diuina amicitia aperte conuincit legem charitatis Dei obligare ad talem poenitentiam, quæ ad reconciliationem cum Deo sufficiat: & pari modo, vt dicemus, ratio charitatis proprie obligat ad eam poenitentiam, quæ est medium sufficiens & necessarium ad salutem: quandoquidem effectus non fit tam perfecta poenitentia, vt habeat hunc effectum, non

Fr. Suarez tom. 4.

impletur hoc præceptum, vt bene notauit Vega di. Vega. lib. 13. c. 24.

Ad obiectionem ergo respondeo, modum virtutis, qui formaliter in hoc consistit, vt actus eliciatur ab habitu virtutis, aut quod informetur habitu virtutis: hunc, inquam, modum per se ac directè non cadere sub præceptum, tanquam materiam eius: quia hoc modo habitus non cadunt sub præceptum, neque eorum infusio, cum non sit à nobis, sed à Deo neque eorum efficiencia quatenus infusionem supponit. Nihilominus tamè aliquis modus virtutis potest cadere sub præceptum, & esse materia eius, quo posito infallibilis fit gratiæ & charitatis infusio ex promissione diuina. Patet in amore Dei super omnia, nam sub illo modo cadit sub præceptum, vt per se notum est: si autem illo modo exerceatur, statim infundetur gratia, & charitas, si antea non erant, vt in superioribus ostensum est: eodè ergo modo cadit sub præceptum dolor de peccato super omnia quo posito, statim etiam sequitur iustificatio. Ac denique addo, actum habentem talem modum intrinsecum, & substantialem, non solum posse præcipi propter se, & propter honestatē suam, sed etiam propter reconciliationem cum Deo, & propter sanctificationem & gratiæ infusionem: tunc autem ipsa gratiæ infusio non est materia præcepti, sed finis: sed materia est talis actus virtutis, non quidem vt informatus gratia, formaliter loquedo, sed vt informabilis gratia, seu vt vltima dispositio ad illam. Atque ex hac doctrina obiter expediuntur multæ quæstiones, quæ hic interrogari possent, scilicet: an intentio contritionis, vel duratio vel alii modi similes cadant sub hoc præceptum. Dicendum est enim illum tantum modum cadere, qui est de substantia & ratione contritionis, quia illa sufficit ad reconciliationem cum Deo, & ad congruam satisfactionem, quæ ab homine postulatur. Quis autem sit ille modus, supra declaratum est explicando rationem contritionis.

*Poenitentiam præcipi, vt procedit ex charitate propria. Afferit. 4.*

Tertia radix huius obligationis, scilicet ex charitate, seu misericordia propria tangitur à Diuo Thoma citato loco his verbis, *Requiritur etiam ipsa misericordia ordinata, vt homo subueniat poenitendo suæ miserie, quam per peccatum incurrit.* Et eandem docuerunt Medina dict. Cod. de Poeniten. quæstion. 3. Vega libr. 31. in Tridentinum cap. 20. Soto dist. 17. q. 2. artic. 6. Attigitque Scotus ibi quæst. 1. dicens, poenitentiae obligationem non tantum ex illo præcepto, *Diliges Dominum Deum tuum: sed etiam ex illo, Diliges teipsum*, oriri. Et mihi etiam videtur verissima: nam sine dubio obligatur homo aliquo speciali præcepto vt curâ habeat suæ salutis, iuxta illud Ecclesiast. 30. *Miserere animæ tuæ placens Deo: & contine, & congrege cor tuum in sanctitate.* Quod præceptum non nisi ad charitatem & misericordiam erga seipsum pertinet. Etenim, si ex charitate obligatur homo, vt sibi prouideat in corporalibus, cur non magis in spiritualibus? Item si ex charitate obligatur homo ad subueniendum proximo in spiritualibus; cur non magis sibi ipsi? Quo argumento vsus est Augustinus in Enchirid. cap. 76. dicens, *Qui vult eleemosynam ordinare dare, à seipso debet incipere, & eam sibi primum dare.* Et propter hunc dilectionis ordinem ait dictum esse, *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Et subdit deinde, primam eleemosynam hominis erga seipsum esse debere remissionem peccatorum sibi procurare. Eandem doctrinam habet 21. de Ciuitate, cap. 27. Si ergo tenetur homo, ex charitate propria sibi prouidere in spiritualibus, profecto maximè vrgebatur hac obligatione vbi periculum æternæ damnationis imminet: at hoc non solum imminet,

Q. 3 sed

12

Vnus virtutis posse obligare ad actum alterius.

24

Adrianus impio.

15 Obiectioni occurritur.

16 Illerantur modis contritionis præcipitur, qui est de eius substantia.

16 D. Thom.

Medin. Vega. Soto. Scot.

Eccles.

Aug.

sed etiam certissima est damnatio, si de peccatis commisisis penitentiam non agat: ergo etiam ex vi huius precepti charitatis ad penitentiam agendam obligatur.

SECTIO II.

*Utrum impoenitentia sit speciale peccatum ab aliis separabile.*

*Prima difficultas*

Quoniam peccatum precepto opponitur, & opposita inter se comparata melius cognoscuntur ideo tractanda est hoc loco duplex difficultas, quae circa peccatum impoenitentiae insurgit. Prior est, quia ex resolutione data, & ex multiplici obligatione ad penitentendum, quam explicauimus, sequitur, omissionem penitentiae tempore debito, esse speciale peccatum, quia est contra speciale preceptum. Consequens est contra D. Thomam 2. 2. qu. 14. artic. 1. ad 3. ubi exponens Augustinum dicentem, peccatum in Spiritum sanctum esse finalem impoenitentiam, dicit, huiusmodi impoenitentiam finalem non esse speciale peccatum. Quod si hoc verum est de impoenitentia in fine vitae, a fortiori habebit locum in omnia alia impoenitentia, quocumque tempore habeatur. Indicat autem D. Tho. rationem, quia impoenitentia est circumstantia generalis, quae cuiusque peccato adiungi potest; talis autem circumstantia non dat speciale malitiam, nisi sit specialiter intenta, ut in superioribus etiam dictum est: Ergo. Confirmatur, quia alias sequitur processus in infinitum: nam si impoenitentia de primo peccato est secundum peccatum, impoenitentia de hoc secundo erit tertium, & de tertio erit quartum, & sic in infinitum.

*D. Thom.*

*Secunda difficultas*

Alteri difficultas est, nam si impoenitentia est speciale peccatum, non erit vnum, sed tripliciter peccatum, iuxta tres obligationes penitendi supra declaratas. Sequela patet, quia tres illae obligationes sunt diuersarum rationum, scilicet iustitiae ad Deum, & charitatis Dei & sui ipsius, & non est maior ratio cur transgressio vnius constituat speciale peccatum, quam alterius. Consequens autem per se videtur absurdum, alias homo nunquam posset mori in peccato mortali, quin quatuor ad minimum peccatorum mortalium reatum habeat, scilicet: illius, qui commisit, & tripliciter impoenitentiae. Imo ulterius sequitur, quoties homo peccat mortaliter, quatuor peccata committere, vnum pertinens ad specialem materiam, verbi gratia furti, aut homicidii, & c. aliud iniustitiae contra Deum, nam si iniustitia erga Deum obligat ad satisfaciendum illi pro iniuria illata, a fortiori obligat semper, & pro semper ad non inferendam illi iniuriam; tertium erit contra charitatem Dei, ob similem rationem: nam si charitas Dei obligat ad procurandam Dei amicitiam iam amissam, a fortiori obligabit ad non amittendam illam: quartum erit contra charitatem propriam eadem proportionem: nam si tenemur ex propria charitate facere quod in nobis est ad recuperandam gratiam amissam: ergo multo magis ad non amittendam illam, neque nos spiritualiter occidendam: ergo, si ad multiplicanda peccata impoenitentiae sufficit haec multiplex obligatio, sufficit ad multiplicandas malitias in cuiuslibet peccati commissione.

*3 Assertio primae generaliter affirmans.*

Nihilominus dicendum est, impoenitentiam esse posse speciale peccatum: hoc enim manifeste sequitur ex resolutione praecedentis sectionis: nam si preceptum penitendi speciale est: violatio eius esse poterit peculiare peccatum: nam habet propriae deordinationem. Et ita in hac generali assertionem omnes auctores citandi conueniunt. Difficultas vero est, quis modus voluntatis, seu voluntarii necessarius sit ad hoc speciale peccatum; aliquod enim volunta-

rium necessarium esse, manifestum est, quia peccatum aut voluntarium est, aut peccatum non est, ut ex sententia Augustini vulgatum est apud Theologos. Quocirca, si contingat aliquem omittere penitentiam tempore mortis, aut quocumque alio tempore debito, & omissionem illam nullo modo voluntariam esse nec directam, nec indirectam, tunc certum est illam impoenitentiam non esse speciale peccatum; quia non est voluntaria transgressio precepti penitendi. Potest autem hoc contingere in hac omissione sicut in aliis, ex inuincibili ignorantia, naturali obliuione, vel inconsideratione, aut alia simili impotentia. Tunc ergo erit impoenitentia materialis (ut sic dicam) potius quam formalis: ut ergo formalis sit, aliquod voluntarium necessarium est.

*4 Duplex impoenitentia mortis.*

Duobus autem modis potest omisio aliqua voluntaria esse; primo, directe per expressum actum ac propositum voluntatis, habens pro obiecto ipsam omissionem precepto contrariam, qualis in praesenti materia est non penitere tempore debito. Velle enim non penitere, seu nolle penitere pro eo tempore, pro quo nondum preceptum penitendi obligat, non est propria impoenitentia, quae sit specialis culpa, quia non est transgressio precepti, quia illud non pro semper obligat, ut infra latius videbimus. Opponet ergo, ut ex parte obiecti voluntas feratur in omissionem penitentiae pro eo tempore, pro quo eius preceptum obligat. Dico autem, ex parte obiecti, quia ex parte actus voluntatis non est id semper necessarium: nam si quis nunc velit non penitere tempore mortis, iam peccat peccato impoenitentiae, saltem secundum affectum, ut constat in proposito omittendi missam, vel in quacumque alia omissione. Ratio autem est, quia preceptum affirmatiuum licet non obliget pro semper ad exercendum actum precepti, obligat tamen ad non habendum affectum sibi repugnantem, & quoad hoc habet vim precepti negatiui. Alio modo contingit omissionem esse voluntariam solum indirecte, seu interpretatiue, quando scilicet ex negligentia culpabili actus omittitur tempore debito; vel ex ignorantia vincibili, vel ex certitudine, sine voluntate quidem directa omittendi, cum voluntate tamen agendi, vel retinendi aliquid incompossibile precepto.

*5 Secunda assertio affirmans de proposito penitendi.*

De primo ergo modo voluntatis certum est, impoenitentiam illo modo voluntariam esse speciale peccatum, vel in affectu tantum, si sit in solo proposito ante illud tempus, pro quo obligat preceptum penitentiae, vel etiam in effectu, seu quasi opere consummato, si visque ad tempus obligationis duret. Hoc docuit expresse D. Thomas in 2. 2. d. quaest. 14. artic. 2. ubi dicit, impoenitentiam prout numeratur inter species peccati in Spiritum sanctum, non dicere solam permanentiam in peccato: sed propositum non penitendum: in 2. d. 43. significat vnicuique modum committendi hoc peccatum speciale, esse per formale propositum, de quo postea videbimus quoad partem exclusiuam. In hac etiam assertionem omnes Theologi conueniunt, & conuincitur ratione supra facta: nam transgressio specialis precepti est speciale peccatum: ergo tunc maxime erit, quando transgressio illa directe voluntaria est. Item, propositum illud est specialis actus tendens in obiectum habens specialem malitiam: ergo est speciale peccatum. Tandem, illa voluntas habet malitiam moralem, & per se non habet aliam, nisi malitiam impoenitentiae: nam qui est fornicator & postea non vult penitere, non habet nouam malitiam fornicationis, sed impoenitentiae tantum: unde per iurum, & fornicarium, si penitere nolit, peccatum eiusdem speciei committit, etiam si peccata, in quibus permanent, sint speciei diuersae: est ergo talis impoenitentia speciale peccatum.

*6 Tertia assertio addu-*

De alio autem modo voluntarii nonnulla dubitatio est propter D. Thomae testimonium supra addu-

serio affir-  
mans eia  
de quacu-  
que volun-  
taria im-  
penitentia

adductam. Nihilominus dicendum secundum est, im-  
penitentiam illo modo voluntariam, addere spe-  
cialem malitiam, & in hoc sensu esse speciale pecca-  
tum. Probatur, quia in omni alia omissione specia-  
lis præcepti illud voluntarium sufficit ad specialem  
malitiam contrahendam, & hic nulla est ratio faci-  
endi exceptionem, vt constabit respondendo ad  
rationes in oppositum. Item, quia rationes factæ in  
superiori assertionem, hic possunt cum proportione  
applicari: quia negari non potest quin sit culpabile,  
ac moraliter malum, omittere penitentiam eo tẽ-  
pore, quo præcepta est, voluntariè dicto modo; illa  
autem malitia moraliter non est alterius rationis à  
malitia omissionis directè voluta, nec potest cogita-  
ri alia species, in qua constituitur. Vnde etiam hæc  
malitia est eiusdem rationis in eo, qui non agit peni-  
tentiam periurii v. g. & in eo, qui non agit peni-  
tentiam adulterii cum eodem modo voluntarii in-  
directè: ergo signum est tale voluntarium sufficere  
ad hanc specialem malitiam.

7  
Satis p-  
ri-  
dis  
tati.

Prima ex-  
positio D. Thomæ

Sed quid ad D. Thomæ? Tribus modis exponi potest. Primus est, vt non loquatur de speciali peccato in quacunque specie malitiæ, sed de peccato speciali in Spiritum sanctum iuxta subiectam materiam, de qua ibi tractabat. Retulerat enim ibi sententiam Augustini, dicentis, impenitentiam esse peccatum, seu blasphemiam in Spiritum sanctum, & in eo sensu dicit, impenitentiam non accipi ab Augustino pro speciali peccato, sed prout esse potest generalis circumstantia cuiuscunque peccati, nam Augustinus loquitur de impenitentia prout dicit solam permanentiam in peccato vsque ad mortem, vt ibidem in art. 2. idem D. Thomæ exposuit. Iuxta quam interpretationem propositum non penitendi non solum est speciale peccatum, quia est contra speciale præceptum penitendi, sed etiam quia est speciali modo contra Spiritum sanctum, omissionis autè penitentiæ, etiam si sit ex negligentia, & indirecta voluntate, non est speciali modo contra Spiritum sanctum, etiam si sit alia speciale peccatum in suo ordine, quatenus est contra speciale præceptum.

8  
Rati.

Veruntamen hæc expositio mihi non videtur iuxta mentem D. Thomæ, & in se continet difficilem doctrinam. Nam si propositum non penitendi est specialiter contra Spiritum sanctum, interrogo, an hoc intelligatur de omni directo proposito nõ penitendi, vel de aliquo speciali, quod ex peculiari motu, vel contemptu Spiritus sancti habeatur. Multis enim placet hoc secundum, quia sine contemptu non committitur speciale peccatum contra Spiritum sanctum: potest autem haberi propositum non penitendi sine contemptu. Nihilominus tamen hæc pars videtur contra D. Thomam, tum quia simpliciter dicit, impenitentiam prout importat propositum non penitendi, numerari inter species peccati contra Spiritum sanctum. Vnde sentit in tali proposito semper includi insufficientem cõtemptum Spiritui sancto repugnantem, quia dum eius gratia, & remissio directè refutatur, ipse Spiritus sanctus contemnitur. Tum etiam, quia D. Thomæ tantum duplicem impenitentiam distinguit, vnã per propositum non penitendi, alteram sine illo: quæ distinctio insufficientis esset, si propositum non penitendi quoddam esset cum contemptu contra Spiritum sanctum, aliud sine illo. Adde, in aliis speciebus peccati contra Spiritum sanctum, quas ibi numerat, vt sunt desperatio, præsumptio, &c. non distingui, an committantur ex contemptu, necne, sed eo ipso, quod talia peccata sunt, censetur includere sufficientem contemptum: ergo idem est in præsentem. Eo vel maximè, quod difficultissimum est exponere quale debeat esse illud propositum, vel ex quo motiuo, vel quidnam sit ille contemptus, qui vltra directam voluntatem non penitendi necessarius dicitur, vt illud propositum sit speciali modo contra Spiritum

A sanctum. Si autè mẽbrum aliud eligatur, & omne propositum non penitendi tempore debito dicatur habere specialem malitiam contra Spiritum sanctum, quã non habet impenitentia indirecte voluntaria, primum explicare oportet, quãnam sit illa specialis malitia, distincta à malitia omissionis penitentiæ, aut contra quam virtutem, vel cõtra quod speciale præceptum sit. Deinde oportet rationem reddere, cur illa malitia cõtrahatur per voluntarium directum, & non per indirectum: neutrum autem vt opinor, potest sufficienti ratione explicari.

Est ergo secunda expositio, D. Thomam in priori loco cum negat, impenitentiam esse speciale peccatum, loqui de impenitentia materiali, quæ nullum voluntarium includit, sed solam permanentiam in peccato mortali vsque ad mortem. Cum autem dicit, hanc permanentiam esse posse circumstantiam cuiuscunque peccati non loquitur de circumstantia mortali, quæ auget peccati malitiam, sed de conditione, vel accidente cuiuscunque rei, prout duratio rei in suo esse dicitur accidens eius. Cum vero D. Thomæ in posteriori loco dicit, propositum non penitendi esse speciem peccati contra Spiritum sanctum, intelligendus est iuxta hanc expositionem non tantum de proposito formali, & directo, sed etiam de virtuali, & indirecto: nam hæc duæ voluntates moraliter æquivalent in ordine ad moralem malitiam, neque hic potest assignari specialis ratio, ob quã per directam voluntatẽ fiat specialis iniuria Spiritui S. & non per omissionem indirecte voluntariam: nam licet voluntarium directum, ceteris paribus, augeat malitiam, non tamen est simpliciter necessarium ad speciem eius, & alias sicut directum propositum non penitendi potest oriri, vel ex prauo habitu, vel ex nimia malitia & contemptu: ita etiam ipsa ommissio vtcumque voluntariè exercita, vt sic dicam, potest ex eisdem causis oriri, & è cõuerso, sicut ommissio potest esse ex quadam accidia, vel passione, aut inconsideratione, vel ignorantia, aut errore: ita etiam propositum non penitendi potest easdem radices, seu vocationes habere: cur ergo non sufficiet voluntas indirecta, vt tale peccatum sit contra Spiritum sanctum, si directa sufficit? Atque hanc expositionem significat Cano loco citato, sectione præcedenti. Soto autem, & Vega ibidem citati etiam intellexerunt, D. Thomam in priori loco, cum negat impenitentiam esse speciale peccatum, loqui de impenitentia quæ non addat, neque augeat malitiam: sed non existimant illam esse huiusmodi, eo quod voluntaria non sit: sed quia sit carentia penitentiæ non per modum priuationis, sed per modum negationis tantum, id est, quia solum est pro eo tempore, pro quo nondum præceptum penitentiæ obligat, nam de hac impenitentia putant D. Thomam loqui. Sed in hoc manifestè errant, quia D. Thomæ loquitur de impenitentia finali, de qua etiam agit Augustinus: manifestum est autem talem impenitentiam includere tempus aliquod, pro quo obligat præceptum penitentiæ: nam includit tempus mortis, pro quo maximè illud præceptum obligat. Igitur priori modo declarato sumenda est hæc expositio, estque valde probabilis, & satis consentanea verbis, & intentioni D. Thomæ.

Duplex tamen difficultas circa illam occurrit. Prior est, quomodo impenitentia materialis tantum & omnino inuoluntaria potuerit ab Augustino appellari peccatum contra Spiritum sanctum, cum talis impenitentia nullam malitiam habeat. Secunda est, quomodo voluntarium indirectum sufficiat ad constituendam propriam speciem peccati contra Spiritum sanctum, iuxta aliam interpretationem, seu acceptionem illius peccati: nam ad illas species requiritur contemptus, vt Diuus Thomas ait; contempus autem non includitur in voluntario tantum indirecto, quod porius est per negli-

9  
Secunda ex-  
positio D.  
Thomæ.

10  
1. Difficul-  
tas.

2. Difficul-  
tas.

negligentiam vel passionem. Ad priorem difficultatem responderi potest, Augustinum non vocare peccatum contra Spiritum sanctum ipsam negationem penitentiam, sed peccatum illud, cui talis negatio adiungitur: quia licet ex hac negatione non augetur eius malitia proprie, & intensiue, augetur quasi extensiue quoad durationem, ratione cuius irremissibile fit, si vsque ad mortem perueniat. Ad alteram partem respondetur, sicut peccatum illud est voluntarium, ita includere contemptum virtuale, quod sufficit quando ipsum peccatum ex sua specie tale est, vt remoueat aliquid eorum, per quæ potest homo ab electione peccati impediri, vt in articulo secundo eiusdem q. D. Th. explicauit. Quod si alicui hæc non satisfaciant, potest tertiam expositionem adhibere.

Responsio  
ad primam.

Ad secundam.

11  
Tertia ex  
positio D.  
Thom.

Tertia igitur expositio fit, D. Thom. solum numerare inter species peccati contra Spiritum sanctum illam impenitentiam, quæ est per directum propositum non penitendi, quia non solum requirit ad illam denominationem peccati contra Spiritum sanctum talem speciem malitiæ, sed etiam tale modum contrahendi illam. E contrariò verò impenitentiam culpabilem per voluntarium indirectum, quæ ab August. in alio sensu appellatur peccatum contra Spiritum sanctum, non vocari à D. Th. speciale peccatum, sed circumstantiam aliorum. De hac vero circumstantia non tractauit ibi D. Tho. an conferat nouam malitiam, necne: neque, si addit malitiam, an illa sit specialis, seu in noua specie: nam hæc nihil referebant ad rem, de qua ibi tractabat. Nos autem dicendum credimus, addere speciale malitiam quia addit voluntariam omissionem speciali præcepto repugnantem, vt in superioribus definitum est. Vt autem hoc non appareat contrarium illi modo loquendi D. Thomæ, est vltius considerandum, quando vnum peccatum habet plures circumstantias addentes malitias specie diuersas, non vocari à D. Thoma plura peccata, sed vnum, quod ex obiecto est vnius speciei: habet tamen plures circumstantias. In hoc ergo sensu intelligendum est in presenti, permanentiam in peccato vsque ad mortem, etiam si peccaminosa sit, non esse speciale peccatum, sed circumstantiam peccati seculo formali proposito non penitendi, quia videlicet nõ per se committitur, sed vt circumstantia alterius peccati, quamuis, supposita circumstantia temporis necessarij ad penitendum, illi addat speciale malitiam.

12  
Corollarium  
primum.

Corollarium  
secundum.

Corollarium  
tertium.

Vnde etiam fit, hanc malitiam non esse specie diuersam ab ea, quæ est in proposito non penitendi, quia voluntarium directum vel indirectum nõ variat speciem peccati (vt ex 1. & 2. suppono) si in obiecto & ratione malitiæ sit sufficiens conuenientia, vt est in presenti: neque etiam repugnat malitiam eiusdem speciei in vno peccato directa voluntate commisso esse primariam, in alio esse accidentariam. Rursum hinc fit, impenitentiam, quæ dicitur esse peccatum contra Spiritum sanctum speciali modo, & illam, quæ dicitur esse circumstantia moralis peccati, non differre specie quoad malitiam moralem, sed solum in modo & perfectione voluntarij, ratione cuius includit contemptum bonitatis propter materiam in qua talis voluntas versatur, nam per eam directè abiicit medium necessarium ad sanctificationem, quæ Spiritui sancto appropriatur. Tandem intelligitur non repugnare, quod de penitentia fit datum speciale præceptum, & quod nihilominus impenitentia peccaminosa, sæpè fit circumstantia alterius peccati in sensu explicato: nam etiam circumstantia addens speciale malitiam, requirit speciale præceptum: scilicet quæ est, quod propositum non penitendi fit quasi per se speciale peccatum, nõ hoc etiam exigit speciale præceptum. Eo vel maxime, quod etiam ipsa omisio penitentiam, sub alia

consideratione, & loquendi ratione, dici potest speciale peccatum, vel præcisè considerando illam in ratione omissionis, vel considerando in peccato id, quod est formale, scilicet malitiam.

Neque contra hanc vltimam interpretationem & doctrinam habet vim ratio superius tacta: falsum est enim, circumstantiam permanentem in peccato, eo etiam tempore pro quo eius penitentia præcipitur, esse circumstantiam generalem, quia non est per se nec necessario coniuncta cum omni peccato, vt per se constat. Imò, loquendo de peccato actuali, respectu cuius considerantur circumstantiæ generales vel speciales, hæc neutro modo est circumstantia eius, per se loquendo, quia non occurrit eo tempore quo tale peccatum committitur: non enim pro eodem tempore, in quo homo peccat, tenetur eiusdem peccati penitentiam agere: propria autem circumstantia peccati actualis debet simul eodem tempore occurrere, alioquin non posset esse accidens eius. Si vero sit sermo de habituali peccato, sic permanentia in illo est generaliter quædam conditio vel accidens eius, tamen quod hæc duret etiam tempore, prohibito, seu pro quo penitentia præcepta est, hoc nõ est generale, sed accidentarium omnino, & speciale dicens deordinationem. Et ideo, licet talis circumstantia tantum indirectè volita sit, dat speciale malitiam. Male vero hinc infertur in confirmatione processus in infinitum, quia impenitentia plurimum peccatorum non est multiplex, sed vna: & ideo, licet aliquis quando est impenitens vnius peccati, verbi gratia, furti, sit etiam impenitens ipsius peccati impenitentiam, nõ propterea multiplicatur peccatum, quia tatum est vna omisio vnius actus præcepti. Dices, saltem impenitentia de pluribus peccatis, grauior est: ergo saltem cum proportionem inferri poterit augmentum in infinitum? Respondetur etiam si in aliis peccatis fortasse id verum sit, in peccato impenitentiam non habere locum illud augmentum respectu sui ipsius, quia intrinsecè repugnat habere penitentiam talis peccati illo eodem tempore, nam essentialis eius malitia consistit in omissione penitentiam. Et ideo non potest ex illo eodem capite addi illi grauitas accidentalis.

13  
Solutum  
alia ratio.  
nec.

Obiect.

Enodatur.

Secundæ principali difficultati satisficit.

Atque ex his (vt ad difficultatem posteriorem respondeamus) infertur primo, aliquando posse contingere, vt aliquis homo in vno tantum peccato moriatur sine speciali peccato impenitentiam, nimirum si nec voluntatem directam habuerit non penitendi: neque etiam indirectam, vt si morte præueniatur prius quam de penitentia agenda cogitare possit. Extra hunc vero casum verum est neminem mori in peccato mortali, quin peccatum impenitentiam, seu malitiam eius (quod perinde est) priori peccato adiungat, & propter hoc etiam puniatur, iuxta illud Hierem. 8. Nullus est qui agat penitentiam super peccato suo, non sunt confusi, erubescere nescierunt: idcirco cadent inter corruentes, dicit Dominus: vt ibi exponit Hieronymus. Neque hoc est vllum inconueniens, sed maxime consentaneum diuinæ iustitiæ.

14

Hierem.

Secundo infertur, non esse necessarium, vt peccatum impenitentiam semper includat triplicem malitiam, contra triplicem obligationem supra declaratam. Hoc facile patet, in primis quando hoc peccatum fit per modum omissionis absque directo proposito: quia illo omisso non est peccatum, nisi pro eo tempore, pro quo vtget præceptum penitentiam. Non est autem necesse vt illæ tres obligationes semper eodè tempore concurrant: nam pro aliquo tempore obligare potest ratio iustitiæ, pro quo sola ratio charitatis per se non obligaret: & tunc omisio illa habebit tatum specificam malitiam virtute penitentiam.

15

niten-

nitentia contrariam: contra charitatem autem Dei, A vel sui solum erit eo generali modo, quo cetera peccata sunt contra charitatem. At verò, si contingat illas tres obligationes simul & pro eodem tempore concurrere, vt maxime videtur contingere in articulo mortis; non cenſeo inconueniens admittere tunc impoenitentiam habere triplicem illam malitiam, nam includit tres circumſtantias diuerſarum rationum, & contra diuerſa præcepta propria & ſpecifica, & per ſe ac ſigillatim obligantia. Atq; hinc etiã conſtat quid dicendum ſit quando impoenitentia eſt per propoſitum formale non penitendi: nam inſpiciendum eſt pro quo tempore velit quis non penitere; nam ſi illud tempus ſit pro quo obligat ſola ratio iuſtitia, vt forte ſi nunc eſt tempus quadrageſimæ, illa voluntas tantum habebit vnã ſpeciem malitiæ. Si vero tempus illud eſſet pro quo concurrerent & vrgerent omnes illæ obligationes, tunc concedo voluntatem illam habituram tres malitias, ex quibus illa, quæ eſt contra iuſtitiam, videtur magis propria, & intrinſeca, aliæ verò magis accidentariæ & intrinſeca.

18 Tertio colligitur, quid dicendum ſit ad inconueniens illatum de commiſſione cuiuſcunq; peccati mortalis, quod nimirum præter malitiam propriam habeat ſemper tres malitias contra tres alias obligationes. Dicendum eſt enim, quoad malitiam iniuſtitia, ſeu iniuriæ diuinæ: verum eſſe eam propriè ac formaliter includi in quolibet peccato mortali, & apud me conuincit argumentum factum, quia ſi lex iuſtitia reſpectu Dei obligat ad ſatisfaciendum, ſupponit iniuriam factam: ergo multò magis obligaret vt non fieret: hæc autem lex ſpecialis eſt, & eiufdem virtutis: ergo violatio eius inferit ſpecielem malitiam. Nec reſert quòd hæc circumſtantia generalis ſit omnis peccati mortalis, quia nõ eſt generalis tanquam illi addita, ſed tanquam conſtituens in eſſe peccati mortalis vt ſic: nam obiectum creatum per ſe non ſufficit ad peccatum mortale perficiendum. Denique hæc eadem eſt malitia auerſionis, à qua peccatum mortale habet ſpecialè gratuitatem ſuam. Quoad malitiam vero contrariam charitati Dei, dicendum eſt, per ſe loquendo ac regulariter, illam non eſſe in quolibet peccato mortali formaliter, & ſpecificè diſtinctam à priori malitia iniuriæ diuinæ, ſed ſolum eſſe generalem circumſtantiam in cluſam in omni peccato. Si vero contingeret hominem peccare mortaliter eo tẽpore, quo aliud eſt ex ſpeciali titulo, & obligatione charitatis Dei tenebatur Deum ſuper omnia diligere, tunc verum eſt peccatum illud ex circumſtantia temporis habere ſpecielem malitiam contra charitatem Dei: quia illa circumſtantia nõ eſt generalis, ſed valde ſpecialis & habet propriam ac ſpecificam deformitatem. Et ita ſeruat eadem proportio cum doctrina data de peccato impoenitentia; vt facile ex dictis patet.

17 Adde verò, eos, qui negant ſpeciale præceptum penitentia ad iuſtitiam pertinens, & admittunt illud ex ſola Dei charitate, ſi conſequenter loquantur, conſeſſuros eſſe, in quolibet peccato mortali includi ſpecielem malitiam contra charitatem Dei, quia tunc illa malitia eſſet, quæ primò conſtitueret peccatum mortale, vt ſic: & alia ratio facta de ratione iniuſtitia, tunc haberet locum in charitate Dei, quia tunc prima obligatio ad Deum eſſet ipſius charitatis. Nunc autem non ita eſt: & ideo non eſt ſimilis ratio: quia, cum interuenit ſpecialis obligatio iuſtitia, charitas per ſe & immediatè non obligat ad non faciendam iniuſtitiam, ſed ſolum tanquam generaliter, vel virtualiter mouens alias virtutes: quanquam in aliquo ſpeciali caſu & tempore ipſa etiam inferat ſuam ſpecielem obligationem.

Denique eadem proportione dicendum eſt de malitia contra charitatem propriam: nam per ſe etiam, ac regulariter non quoties homo mortaliter peccat, committit ſpecielem malitiam contra charitatem propriam, ſed tantum generali quadam ratione. At vero ſi in illo ſpeciali tempore pro quo obligat hominem præceptum charitatis propria ad prouidendum animæ ſuæ, & cauendum periculum æternæ mortis, ipſe de nouo mortaliter peccaret, ex circumſtantia talis temporis haberet peccatum illud ſpecielem malitiam, quia illa iam non eſt generalis circumſtantia, ſed ſpecialis, addens peculiarem malitiam. Et ideo dixi dupliciter poſſe contrahi ſpecielem malitiam ex generali circumſtantia, ſcilicet vt directa intentione agendo contra illam, vel eam violando in illo ſpeciali tempore, pro quo inducit propriam obligationem, quia iam tunc non ſumitur vt generalis, ſed vt ſpecialis circumſtantia: atque hoc modo doctrina data ſemper & in omnibus cum eadem proportione verà exiſtit.

Dices, cur ratio charitatis propria non obligat hominem ſemper & pro ſemper ſpeciali obligatione vt non ſe occidat ſpiritualiter, vt priuet gratia, ſicut obligat aliquando ad reparandam illam? Reſpondetur, quia non ſemper eſt homini æquè neceſſarium eſſe in gratia, neq; æquè periculofum cadere ab illa. Vnde, ſicut ex vi charitatis propria non obligatur homo, qui eſt in peccato, ad agendam ſtatim penitentiam, & deſerendum illum ſtatim, ſed ſolum quando vel extrema, vel grauis neceſſitas ita vrget, vt damnum fiat moraliter irreparabile: ita etiam ex hoc præciſo titulo charitatis propria non inducit ſemper, & omni tempore ſpecielem obligationem non peccandi, vel non amittendi gratia, ita vt eo titulo incurratur ſpecialis malitia, ſed tunc ſolum, quando ratio, & tempus ſpecialis neceſſitatis occurrit.

SECTIO III.

*Vtrum præceptum penitentia naturale ſit, vel poſituum.*

Certum eſt, ac per ſe notum præceptum hoc diuinum eſſe: nam antiquius eſt omni humano, imò hominum voluntas præuenit, ipſumque etiam Adam obligauit. Denique per nullam humanã poteſtatè, auferri, vel diſpenſari poteſt. Difficultas ergo eſt, an ſit diuinum naturale: an verò ſit poſituum, & ex libera Dei voluntate ortum. Quod enim prioris generis ſit, videtur probari, quia ante legem ſcriptam nulla fuerunt præcepta diuina poſitua, propter quod tempus illud dicitur fuiſſe legis naturæ, in quo tempore etiam hoc exiſtit præceptum. Itẽ quia præcepta iuſtitia, & charitatis naturalia ſunt proportionatè, id eſt, præcepta iuſtitia, moralis, & humanæ, & amicitia etiã, ſeu beneuolentiæ cõnaturalis homini, vt ſic, cõnaturales ſunt etiam reſpectu humanæ naturæ per ſe, ac nudè ſumptæ: præcepta autem iuſtitia, ac charitatis in ſylæ, ac diuinæ cõnaturalia ſunt homini, vt eleuatio per gratiam ad finem ſupernaturalem. Præceptum autè hoc penitentia per ſe, ac primario eſt præceptum cuiuſdã iuſtitia in ſylæ, quæ natura ſua obligat ad reſarciendã iniuriam Deo factam: eſt ergo præceptum illi cõnaturale. Idemque argumentum cum proportione fieri poteſt de charitate. Atque eadem ratione, etiam ſi homo fuiſſet cõditus in puris naturalibus, & in eò ſtatu peccaret mortaliter, obligaretur, per ſe loquendo, ad ſe conuertendum in DEVM, eique ſatisfaciendum, vt poſſet: tunc autem præceptum illud non eſſe poſituum diuinum, quia illè ſtatus in puris naturalib; nõ requirit hæc præcepta: fuiſſet

18 Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

Penitentia præceptum diuinum eſt.

Opinio aſſerens poenitentiam eſſe de iurè naturæ.

fuiſſet ergo illud præceptum naturale : ergo eadem ratione in ſtatu & ordine gratiæ præceptum pœnitentiæ ſupernaturalis eſt connaturale ipſi gratiæ, ſeu homini, vt illuſtrato per fidem. Fauetque huic parti diuus Thomas ſuprà quæſtion. 84. artic. 7. ad primum, quatenus ait, *de iure naturali eſſe, quod aliquis pœniteat de malis, qua fecit.* Et in eodem ſenſu quæſt. 86. artic. 6. ad vltimum, dicit ſacramentum pœnitentiæ aliquo modo fuiſſe in lege veteri, quatenus pœnitentiæ, quæ de iure naturali eſt, aliquam determinationem habuit in ea lege, prout ipſe etiam dixerat in quæſt. 84. artic. 7. ad 2. vbi Caietanus etiam hoc ſentit, & Soto diſt. 14. quæſt. 1. articulo 7. & Cano reſolutione, de Pœnitent. part. 3. Alii etiam Scholaſtici ita loquuntur, vt Alenſis 4. p. quæſt. 18. membro 2. artic. 3. §. 2. Bonauentura in 4. diſt. 17. 2. part. articulo 3. quæſt. 2. Richardus articulo 2. quæſt. 3. Maior quæſtion. 9. Marfil. in 4. quæſtion. 12. articulo 1. & quæſt. 18. Idem tenet Vega libr. 13. in Tridentinum cap. 20. & Iacobus Latomus in artic. 3. contra Lutherum.

D. Thom.

Caiet.  
Soto.  
Cano.  
Alenſ.  
Bonau.  
Richard.  
Maior.  
Marfil.  
Vega.  
Iacob.  
Lato.

Opinio af-  
firmans ef-  
ſe de iure  
poſitiuum.

Medina.

3  
Tertia opi-  
nio inter  
utranque  
modum &  
vtrum re-  
ſolucio  
vera cenſe-  
tur.

4  
Præceptum

Contraria verò pars, ſcilicet præceptum hoc eſſe poſitiuum, ſuadetur primò, quia præcepta naturalia in præceptis Decalogi continentur, vel formaliter, vel virtute: hoc autem præceptum pœnitendi in nullo præceptorum Decalogi continetur formaliter, vt per ſe conſtat: neque etiam poteſt per euidenter conſequentiam ex aliquo illorum colligi, vt virtute in eis contineri dicatur: ergo. Secundo, præcepta naturalia immutabilia ſunt, vel ſaltem ſecondum ordinariam legem, & prouidentiam Dei non mutantur, ſeu auferuntur: ſed hoc præceptum pœnitentiæ immutabile eſt: potuit enim Deus non exigere ab hominibus formalem pœnitentiam peccatorum, ſed ſola dilectione contentus eſſe; potuit etiam per ſolam attritionem eos iuſtificare. non præcipiendo contritionem. Iam etiam in lege gratiæ facta eſt mutatio in hoc præcepto: nunc enim non obligat ſimpliciter præceptum contritionis: ſicut antea obligabat: nam ſi quis per attritionem cum ſacramento iuſtificatus ſit, iam non tenetur ad contritionem: in quo non cum vno vel altero homine diſpenſatum eſt, ſed generali & ordinaria lege pro omnibus hominibus huius temporis id ſtabilitum eſt: ergo ſignum eſt hoc præceptum non fuiſſe abſolute de lege naturæ. Tandem, vel lex naturalis obligat ad actum pœnitentiæ propter naturalem rectitudinem humanæ voluntatis: & hoc non, quia ad hoc ſufficeret ceſſatio à peccando, & noua vita, ſeu propositum deinceps rectè operandi: nam ſicut bonus habitus excludit prauum, ita boni actus ſufficiunt ad excludendam inordinationem, quæ relicta fuit in voluntate. Vel obligat propter ſatisfaciendum Deo: & hoc etiam non, quia nulla ſatisfactio hominis etiam ex gratia operantis eſt æquiualens, ſed neceſſe eſt, vt illam Deus gratis accipiat, quod non facit, niſi per aliquam legem, qua ſuam voluntatem declarat: ergo ſine aliqua lege poſitiua Dei non poteſt intelligi obligatio huius præcepti. Atque ita opinatus eſt Medina Codic. de Pœnitentiæ, tractatu primo, quæſtion. 2. articulo 1. poſt medium.

Inter has ſententias mediam viam tenendam cenſeo, quæ fortalle poteſt eſſe earum conciliatio. Aliud eſt enim quærere, an obligatio ſatisfaciendi Deo pro iniuria illata per peccatum, ſit ex inſinſeco naturali iure: aliud vero, an modus ſatisfactionis per formalem pœnitentiam, & contritionem oriatur etiam ex inſinſeca rei natura: ideoque idem præceptum naturale obligans ad ſatisfactionem, obliget etiam ad talem ſatisfactionis modum, vel neceſſarium fuerit hanc determinationem eſſe ex peculiari inſtitutione diuina.

Circa priorem partem dicendum cenſeo, præceptum ſatisfaciendi Deo pro iniuria illata per pecca-

tum, naturale eſſe, ſatisfaciendi, inquam, quantum homini poſſibile eſt, quia præceptum non datur de rebus impoſſibilibus. Hanc conſequentem intentionem præcipue auctores prioris ſententiæ. Et eam non negat Medina, ſed potius expreſſe eam diſtinguit, & concedit. Et ſufficiens probatur argumentis primæ ſententiæ. Quorum ſumma & ratio à priori eſt, quia omnis iuſtitia ad alterum, ſeruata proportione, inſinſecè & naturaliter obligat ad ſatisfactionem iniuriæ illatæ, quia obligat ad medium conſtituendum in ſuo obiecto, id eſt ad æqualitatem reſarciendam, quam iniuria abſtulit. Dices: Hac ratione probaretur, etiam in puris naturalibus dari hoc naturale præceptum, quia peccatum in illo ſtatu etiam eſt iniuria Dei: conſequentem autem videtur falſum, quia ſatisfactio Dei eſt quid omnino ſupernaturale, pertinens ad ordinem gratiæ. Reſpondetur, quantum eſt ex vi peccati eandem obligationem oriri etiam in puris naturalibus: an vero tunc excuſaretur homo propter impotentiam, vel ad quid obligetur homo in tali ſtatu ex vi talis præcepti, conſtabit ex dicendis.

Circa poſteriorem partem in primis exiſtimo, nullum actum, qui poſſit fieri à peccatore etiam per auxilium gratiæ, eſſe ex ſe, & ex natura ſua ſufficientem ſatisfactionem pro iniuria facta Deo per peccatum. Hanc aſſertionem ponit expreſſe Medina, & auctores citati in ſeconda ſententiæ eam non negant, ſed aliis locis illum docent, vt latius oſtendi, & probaui in 1. tom. 3. parte diſput. 4. & ideo hic plura non addo. Atque hinc infero, quauis iuſtitia de ſe nata ſit obligare ad condignam ſatisfactionem; tamen in præſenti caſu vel non obligat hominem, vel (quod perinde eſt) excuſari hominem ab huiusmodi obligatione propter impotentiam: ſicut inter homines, qui alterum occidit, ex vi iuſtitie obligaretur ad vitam reparandam ſi poſſet, tamen propter impotentiam non obligatur, ſeu excuſatur.

Vterius vero dico, quauis non poſſit homo condignè ſatisfacere, tamen excitatum & adiutum diuina gratia, poſſe aliquo modo imperſectè, ſeu de congruo, vt vocant, ſatisfacere, ac proinde ad huiusmodi ſatisfactionem, ſuppoſita poſſibilitate, obligari ex lege connaturali ipſi met gratiæ. Priorem partem ſuppono ex dictis in primo tomo, loco citato. Et ex hac prioris parte ſequitur manifeſtè poſterior, (ſuppoſita prima aſſertione) quia ex vi euſdem legis iuſtitie, qua obligatur homo ad condignam ſatisfactionem, ſi poteſt eam exhibere, obligatur etiam, ſi non poſſit integram, ſaltem eam, quam poſſit, exhibere, præſertim ſi ſeruetur aliqua proportio in eodem genere ſeu ordine rerum. Hoc addo, vt abſtineam ab illa quæſtione, an teneatur quis ſatisfacere, vel reſtituere ad annum in bonis ſuperioris ordinis per bona inferioris ordinis, quâdo non poteſt facere per bona euſdem ordinis. Quauis enim probabile ſit etiam tunc teneri hominem ad ſatisfaciendum prout poteſt, inſamiam verbi gratia, peccatiis compenſando, multo tamen certius eſt dari hanc obligationem in bonis euſdem ordinis; etiâ ſi inæqualis & inſufficiens futura ſit. Vt ſi quiſaliam inſamauit, licet non poſſit integrè inſamiam tollere, ſi tamè poteſt minuere, vel efficiere ne augeatur, tenetur id facere. Et qui alteri contumeliam fecit, quauis non poſſit integrè reparare honorem, tenetur tamen quod in ſe eſt facere ad exhibenda ſigna honoris, quibus prior iniuria, prout fieri poterit, reſarciatur. Et ratio omnium eſt, quia iuſtitia, quæ obligat ad æqualitatem faciendam integrè, ſi poſſibilis eſt, conſequenter vel à fortiiori obligat ad faciendam illam ex parte, ſeu in æqualitatem minuendo, quantum poſſibile eſt. Sicigitur in præſenti eadem proportione iudicandum eſt de ſatisfactione Deo exhibenda: nam homo peccando, quandam contumeliam Deo intulit, contra eius honorem, &

ſatis faci-  
di Deo pro  
iniuria illa  
connaturali  
eſſe, Codic.

Obligat.

Solutio.

Nullum a-  
ctum pecca-  
toris eſſe ex  
natura ſua  
ſufficientem  
diſſinſecè  
pro in-  
iuria Deo  
facta Codic.

Hominem  
gratia ad  
imperfectè  
de congruo  
ſatisfacere,  
& ad attri-  
tionem Codic.

Qui alteri  
dammum  
intulit, te-  
netur illud  
reſarcire  
bonis euſ-  
dem ordi-  
nis.

di gni.

dignitatem ultimi finis: & quantvis non possit condigne satisfacere, potest tamen per auxilium gratiæ ad Deum conuerti, seque totum illi submittere, eūque ad vitium finem, quantum potest, honorare: quæ satisfactio licet imperfecta sit ex parte hominis, tamen ex parte ipsius Dei meritis dici potest esse in bonis eiusdem ordinis. Tenetur ergo homo ex naturali lege iustitiæ ad Deum illam exhibere: Et confirmatur inductione, seu exemplis nō dissimilibus. Non enim potest homo condignas Deo agere gratias pro beneficiis acceptis, debet tamē referre quas potest. Item non potest tribuere Deo adorationem, & cultum condignum tantæ maiestati, tenetur tamen prout poterit colere. Sic igitur dicendum est in presenti de satisfactione pro peccato: est enim hic quidam honor, seu cultus Deo debitus speciali quodam, & quodammodo magis riguroso titulo iustitiæ, ratione iniuriæ illatæ.

*An obligatio satisfaciendi Deo ex natura rei sit determinata ad formalem actum contritionis.*

*Punitiō  
de diuina  
ordinatione  
ne esse pro  
pœnitentiā  
ad satisfaci-  
endū Deo.  
a. Consi.*

**A**dhuc verò superest declarandum, an hæc obligatio satisfaciendi Deo ex natura rei absque alia ordinatione diuina sit determinata ad formalem actum pœnitentiæ, seu contritionis. Duos enim actus in superioribus distinximus. Vnus est voluntas satisfaciendi, quæ est veluti intentio seu actus imperans, & de hoc actu manifestum est eadere sub obligatione dictæ legis naturalis absque alia speciali ordinatione diuina, si in prædicta abstractione & generalitate sumatur. Alius actus est formalis detestatio actus peccati per contritionem, quæ est veluti actus imperatus, ipsaque satisfactionis exhibitio: & de hoc actu inquirimus an lex ipsa iustitiæ, quæ ex se obligat ad satisfaciendum Deo, obliget etiam ad satisfaciendum tali modo, seu per talem actum. Et ad hoc dicendū est vltimò, hunc quidem actum ex se & natura sua esse valde proportionatum ad hanc satisfactionem exhibendam, absolute tamen non esse simpliciter necessarium absq; speciali ordinatione diuine voluntatis, determinantis talem satisfactionis modum. Prior pars sæpè tradita est in superioribus, cū ostenderemus honestatem, vtilitatem, & necessitatem actus pœnitentiæ. Nam ille actus est proportionatus ad satisfaciendum pro iniuria, qui est etiam aptus ad obtinendam veniam: sed nullus est actus aptior ad veniam impetrandam, quam detestatio & dolor de iniuria illata, maxime si procedat ex vero effectu ad eum, qui iniuriam passus est: est igitur in actu contritionis ex se & ex natura sua magna proportio ad hanc satisfactionem exhibendam. Quod vero non sit absoluta necessitas sine Dei ordinatione (quod in altera parte dicebamus) probant, vt opinor, sufficienter argumenta secundæ sententiæ: & ex solutionibus argumentorum prioris opinionis magis confirmabitur, & declarabitur. Ac denique nullum est principium simpliciter necessariū ex vi æquitatis iustitiæ etiam infusæ & supernaturalis, ex quo necessaria cōsecutione inferri possit, iustitiā ipsam per se obligare ad satisfaciendum per hunc actum.

*Quæritur  
responsio  
Ratiō.*

**D**icunt aliqui, hunc actum per se & vi sua expellere peccatum absque alia acceptatione Dei, atque ita ex se tollere inæqualitatē, & reparare æqualitatem: ac propterea iustitiā ipsam, de se ad illum obligare. Sed hæc responsio & falsum assumit, vt in citato loco primi tomi ostendi, & male infert: quia, si ille actus esset sufficiens ad illū effectum, etiam actus solius dilectionis per se sufficeret: ergo ex sola natura rei non potest oriri obligatio ad formalem actum pœnitentiæ, seu contritionis. Quando enim ex duobus actibus alter sufficit ad integram satisfaci-

**A**tionem faciendam, neuter eorum determinatē cadit sub præceptum satisfaciendi, neq; ambo simul, sed vnus vel alter arbitrio satisfaciendi. Atq; hoc à fortiori procedit in satisfactione imperfecta: nam quādo satisfactio est æqualis, magis esse solet ex natura sua determinata ad vnum vel alium modum: quando verò est de se insufficiens, modus satisfactionis magis pendere solet ex voluntate eius, cui fit satisfactio, quia debet illa esse contentus. Cum ergo ad hoc nō rogatur ex vi satisfactionis, quia insufficiens est, oportet vt fit ex aliqua libera pactione vel ordinatione. Ita ergo est in presenti: nam, cum satisfactio hominis ad Deum ex se fit insufficiens, nullus modus satisfactionis est de se determinatus tanquam necessarius, sed quem Deus ipse determinat, seu quo vult esse contentus.

*Corollarium.*

**B**Atque hinc fit, hoc præceptum contritionis in particulari nō ita esse naturale, vt excludat omnem Dei determinationem, aut ordinationem, sed esse naturale formaliter (vt sic dicam) quoad rationem satisfactionis: at verò materialiter quoad talē modum satisfactionis esse ex diuina ordinatione: vt rōque enim horum satis constat ex dictis. Non deerit fortasse quispiam, qui etiam circa talem modum satisfactionis per contritionem, præceptum ab institutione seu ordinatione distinguat, & præceptum dicat esse naturale, supposita ordinatione Dei, quæ declarauit se velle talem modum satisfactionis, & nulla alia fore contentum. Hæc enim duo possunt intelligi formaliter diuersa. Aliud est enim designare hunc modum satisfactionis, vt vnicui sibi placitum, aliud vero obligare ad illum exhibendum. Dicetur ergo illud prius pendere ex libera Dei voluntate & determinatione: & hæc solam reddi posse causam, ob quam nunc sit necessarius actus formalis contritionis præter actum amoris, & neuter per se sufficiat: facta autem illa diuina determinatione, obligationem statim oriri ex natura rei, ex ipsa lege iustitiæ. Iuxta quam consideratio em dicitur etiam necessitatem præcepti in hoc particulari actu oriri ex necessitate mediū, & hæc fuisse voluntariam Deo, illa verò supposita, necessitatem præcepti esse omnino naturalem. Hic modus dicendi probabilis est, & fortasse est intētus ab auctoribus prioris opinionis. Nihilominus tamen non videtur necessarium hæc tam scrupulosè distinguere, quia vix potest concipi, vt hæc ordinatio, quæ necessitatem mediū inducat, à præcepto præscindatur: vt latius infra ostendam, tractando de præcepto confessionis.

*Satisfactio  
rationem  
primæ op-  
inionis.*

**D**Ad rationes igitur prioris opinionis responderetur, vt hoc præceptum à principio fuerit in lege naturæ, satis esse quod sit præceptum naturale modo explicato: nec ratio, aut lex naturalis iustitiæ plus ostendit: nam lex iustitiæ non dat homini potestatem satisfaciendi, sed vel supponit illam, vel, si hæc deficit, solum potest præcipere eam satisfactionem, quam alter rationabiliter exigit. Petitur tamen in illis rationibus, quomodo potuerit in lege natura lex ipsa iustitiæ ad Deum obligare determinationē ad hunc actum, cum in illo statu nulla fuerit determinatio facta ex peculiari institutione positua. Responderetur etiam tunc factam esse determinationem illam à Deo: nam sic, Deus reuelauit Adæ alia ad salutem necessaria, ita etiam reuelauit hanc suam voluntatem, & determinationem, quæ ad posteros per traditionem manauit. Atque ita illa veritas, quam Christus prædicauit, Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis, à principio fuit intimata Adæ, semperque fuit à fidelibus credita: sicut enim semper fuit Deus propositus fidelibus, vt iustificatōr, & remissor peccatorum: ita etiam fuit propositus modus & via iustificationis per pœnitentiam: & inde fuit cognitio huius veritatis per cōtinuam traditionem à patribus ad filios vsque ad tēpūs legis scriptæ conseruata. In qua, inter alia præcepta

*An in lege  
natura fu-  
erit facta  
determina-  
tio pœnitentiæ  
ex insti-  
tutione pa-  
trium.*

*mora-*

moralia, hoc saepe traditum fuit, ut constat ex supra adductis, cum ageremus de necessitate mediæ poenitentiae. Imò & per caeremonialia praecepta aliquam determinationem accepit, quantum ad modum poenitentiae exterioris, & significationem interioris poenitentiae. Et hoc est quod intendit D. Thom. in locis adductis.

<sup>11</sup> Quod ergo communiter dicitur, in tempore legis naturae ante legem scriptam non fuisse data aliqua specialia praecepta positiva, nec determinationem praeceptorum naturalium, sed hanc relictam esse hominum dispositioni. Hoc, inquam, intelligendum est praecipue de actibus externis, & quoad particulares caeremonias sacrificiorum & sacramentorum, ut in superiori tomo latius declaravi. At verò quoad interiores actus, quavis non fuerint praecepta positiva, sed conaturalia ipsis virtutibus fidei, spei, charitatis, poenitentiae, &c. negari non potest, quin fuerit aliqua determinatio talium actuum, quoad materiam eorum, ut patet in spe, quae determinata fuit ad sperandam à Deo iustitiam, remissionem peccatorum, & praemium bonorum operum: quae spes supponit aliquam promissionem & ordinationem Dei ex libera eius voluntate pendentem. Sic ergo poenitentia, & eius obligatio supponit ordinationem Dei exigentis satisfactionem pro peccato per poenitentiam, & non promittentis aliter remissionem eius.

<sup>12</sup> Sed quid, si fingamus Deum nullam determinationem adhibere huic satisfactioni pro peccato, neque promittere remissionem eius propter poenitentiam, vel propter alios actus, neque aliquid de toto hoc negotio hominibus reuelare, nisi hoc solum, quod ipse peccatis offenditur: & ideo illa gravissime punit, quavis non denegat auxilium peccatoribus, ut convertantur, & vitam mutent, sibi nihilominus integrum relinquens eis remittere, vel non remittere peccatum pro suo arbitrio: nunquid in eo casu teneretur homo poenitentiam agere, etiam si non esset certus de fructu eius quoad remissionem peccati? Videatur enim adhuc manere posse talem obligationem. Sicut inter homines, qui alicum affecit tali iniuria, ut non possit condigne pro ea satisfacere, quavis non sit certus alium accepturum suam imperfectam satisfactionem, nihilominus teneretur, quantum in se est, facere ad illam exhibendam, petendo veniam, vel alio simili modo. Ergo similiter respectu Dei teneretur homo facere quod in se est, etiam si non esset certus accepturum Deum ipsius poenitentiam. Quod si hoc ita est, melius intelligitur hoc praeceptum esse omnino naturale, inducens obligationem, etiam si non praecedat promissio, seu institutio Dei de poenitentia acceptanda, aut specialiter postulanda. Respondeo in primis, illam hypothese esse praeter ordinariam providentiam Dei in quolibet statu & lege: semper enim fuit poenitentibus necessaria firma spes obtinendi veniam, si veram agant poenitentiam: ejus spei necessarium fundamentum est certa fides de venia peccatorum praestanda veram poenitentiam agentibus: quae fides supponit promissionem, seu determinationem divinae voluntatis hominibus praestitam. Est ergo illa hypothesis praeter ordinariam providentiam pro quocunque statu etiam legis naturae. Imò etiam est praeter naturam talium actuum supernaturalium, & praeter id, quod est maxime consentaneum divinae bonitati, ut late in citato loco primi tomi declaravi. Nihilominus tamen illa hypothesis utilis est ad melius declarandum quo modo hoc praeceptum naturale sit. Et ideo illa admittenda, dicendum censeo, adhuc manere obligationem diligendi Deum super omnia, quia haec est maxime conaturalis & homini, & gratiae, & per se conveniens, etiam seclusa necessitate peccati. Est item per se necessaria ad divinam amicitiam, & ad recte instituendas, & dirigendas

*Tunc maneret obligatio diligendi Deum super omnia, & faciendi aliquid cum auxilio gratiae.*

das humanas actiones. Verisimile etiam est futuram fuisse tunc obligationem faciendi aliquid ex parte hominis cum auxilio Dei, ad obtinendam reconciliationem cum Deo, & satisfaciendum illi prout posset, ut probabiliter suadet ratio facta: & praeterea, quia non semper necessaria est certitudo effectus, seu consecutionis huius, ut homo teneatur causas applicare seu media adhibere, sed sufficit interdum probabilis spes. Quo modo obligatur homo saepe ad petendum à Deo, etiam si non sit certus se consequurum quod petit. Ergo idem potest intelligi in praedicto casu. Non existimo tamen tunc futuram fuisse obligationem specialem exercendi formalem actum poenitentiae, qui est contritio & detestatio peccatorum: quia licet homo teneretur procurare reconciliationem cum Deo, ad quam spectat ille primus actus virtutis poenitentiae, qui est voluntas expellendi à se culpam: nihilominus non teneretur existimare hunc actum dolendi de peccato esse sibi necessarium ad illum effectum, & posset probabiliter credere actum dilectionis sibi sufficere. Item posset adiungere instantem petitionem veniae, & propositum melioris vitae: ergo nullum est sufficiens principium unde posset concludi tunc praecisa obligatio ad illum actum, sed tantum vilitas, vel congruitas. Atque ita magis constat hoc praeceptum contritionis, ut sic, quantum naturale sit, non infurget donec Deus destinet illum actum, ut necessarium ad eam satisfactionem, quam ipse pro peccato postulat.

*Non tamen ad formalem actum poenitentiae.*

<sup>13</sup> Tandem ex his intelligitur, quid dicendum esset in statu purae naturae (nam hoc etiam in argumentis prioris sententiae postulatur) cum eadem enim proportione loquendum est. Nam etiam tunc teneretur homo de se ad satisfactionem pro peccato exhibendam prout posset, & ad expellendum à se peccatum, si aliqua via id assequi posset. Probabile namque est, quòd in eo statu pertineret ad providentiam Dei, naturae & fragilitati hominum accommodatam, ordinare aliquem modum, quo posset homo veniam peccati impetrare, siue per amorem naturalem Dei, & dolorem peccati illi proportionatum, siue etiam per alios actus. Quavis enim hoc genus providentiae non possit habere locum, sine aliqua liberalitate & gratuito beneficio Dei: nihilominus non excedit suam Dei providentiam, naturae hominis consentaneam etiam pro illo statu. Necessarium tamen esset, ut homini constaret aliqua via de tali voluntate & determinatione Dei: & tunc sine dubio teneretur ex vi naturalis legis iustitiae ad eam satisfactionem, vel dispositionem praestandam: quam Deus designaret. Et verisimile est, naturalem poenitentiam peccati aptissimam fuisse futuram in illo statu ad hunc finem seu effectum. Si tamen Deus specialiter illam non designaret, nec de remissione peccati aliquid hominem docuisset, sed solum naturali discursu illum reliquisset: non videretur posse existimari sufficiens dilectio, & petitio veniae, &c.

*Quid in statu purae naturae.*

<sup>14</sup> Argumenta secundae opinionis procedere possent contra ea, quae diximus in primo puncto: & ideo illis satisfaciendum est. Circa primum ergo argumentum Vega lib. 13. in Tridentinum. cap. 20 laborat, ut hoc praeceptum renocet ad aliquod ex praeceptis Decalogi: & tandem dicitur reduci ad quintum praeceptum non occidendi: quia, si homo teneretur alios non occidere, multo magis seipsum: & si teneretur non se occidere corporaliter, multo magis spiritualiter. Sed non placet, tum quia est reductio nimis remota & metaphorica: & eodem modo dici posset illo praecepto obligari hominem ad non peccandum moraliter, ne se spiritualiter occidat. Tum etiam, quia hoc modo non explicatur hoc praeceptum, ut con-

*Satisfit argumentum secundae opinionis. Solutio ad primum. Revertitur.*

vt continens iustitiam ad Deum, sed charitatem ad seipsum. Vnde simili modo facilius reduci posset ad idem, vel ad septimum præceptum Decalogi, quatenus continet iustitiam ad alterum, ad quam spectat satisfacere vnicuique pro offensa illata. Veritas tamen est, non oportere vt omnia specialia præcepta legis naturæ in Decalogo contineantur. Quod recte notauit Cano. dist. relect. de Pœnit. p. 3. Sufficit enim, vt ex principiis naturaliter notis colligatur, vel certè vt ad ipsamet principia pertineat. Sic enim præceptum dilectionis Dei, vel proximi, vt est speciale, non continetur formaliter in mandatis Decalogi, sed est potius principium & radix illorum. Alia vero sunt præcepta magis particularia, quæ ex præceptis Decalogi per consequentias deducuntur. Præceptum ergo pœnitendi, seu satisfaciendi Deo pro peccato, radicaliter quidem continetur in præcepto dilectionis Dei; formaliter vero est quædam lex naturalis iustitiæ: quæ reduci potest ad præceptum colendi & honorandi Deum.

Circa secundum argumentum Medina supra concedit hoc præceptum contritionis non esse ita naturale, quin dispensabile sit. Veruntamen, licet res ipsa, quam docere intendit, vera sit, modus tamen loquendi est improprius. Obligatio ergo satisfaciendi Deo pro iniuria illata est naturalis, vt non possit in eam cadere dispensatio magis quam in alia naturalia præcepta quia non habet minus intrinsecam honestatem. Nihilominus tamen potest Deus cedere iuri suo & remittere offensam sine vlla hominis satisfactione: & tunc quidem cessabit obligatio in homine, non tamen propter dispensationem, sed propter materiæ mutationem. Sicut inter homines potest vnus remittere offensam sine satisfactione alterius in quo statim cessat obligatio, non quia alius dispense, sed quia materiæ satisfactionis tollitur. Simili etiam vel faciliori modo posset Deus non designare contritionem ad hanc satisfactionem, sed aliis actibus esse contentus: & tunc cessaret etiam obligatio contritionis, non quidem propter dispensationem, sed propter mutationem materiæ: iam enim ostensum est præceptum illud per se ac nude sumptum non obligare ad contritionem, sed solum supposita determinatione diuina designante talem actum ad suam satisfactionem. Et hoc fortasse modo nunc facta est mutatio in necessitate contritionis, vt postea dicemus huiusmodi autem mutatio non repugnat naturali præcepto, quia proprie non fit in ipso, sed in materia eius.

Circa tertium argumentum in primis dicitur, Pœnitentiam non solum esse necessariam propter tollendam inordinationem auersionis, quæ est respectu Dei: sed etiam ad tollendam inordinatam auersionem ad creaturam, quæ etiam manet per modum habitus, quandiu peccatum non remittitur. Est enim considerandum, peccatum posse rationem in voluntate inordinationem naturalem quasi physicam, quæ consistit, vel in priuatione habituum virtutum, vel in inclinatione habitus mali, vel alterius prauæ dispositionis per peccatum, acquisitæ: & hæc inordinatio tolli posset sine formali pœnitentia, vt argumentum probat. Hoc tamen procedit ex hypothesi, quod homo faciat actus bonos sufficientes ad comparandam virtutem acquiritam, vel tollenda prædicta impedimenta, antequam deleatur peccatum. Quæ suppositio aliunde habet difficultatem, quia homo sine gratia non potest operari virtutem: sed hæc difficultas extrinseca est, possetque homini dari tale auxilium sufficiens absque remissione peccati ad illos actus efficiendos. Ac denique illa conditionalis vera est, quod si tales actus fiant, tollunt huiusmodi defectum, quia hæc inordinatio non pertinet ad esse peccati, sed potest tolli illo manente, & potest manere illo ablato, vt

Fr. Suarez. tom. 4.

A per se notum est. Aliam ergo inordinationem moralem relinquit peccatum in ordine ad creaturam, quam per peccatum mortale plus homo diligit, quam Deum: & hæc non potest tolli nisi per pœnitentiam, sicut neque ipsum peccatum, quia peccati macula vtramque inordinationem inuoluit, conuersionis & auersionis, & iniuria Deo facta vtramque etiam inuoluit, & ideo neutra illarum tollitur nisi per pœnitentiam, seu contritionem. Nihilominus tamen fatemur, argumentum illud recte probare hanc necessitatem pœnitentiæ vel contritionis in particulari, non posse colligi ex sola rei natura, sed supposita solum diuina determinatione, vt declaratum est.

SECTIO III.

*Virum præceptum pœnitentiæ semel tantum in vita obliget.*

Potest hæc quæstio intelligi circa eadem, vel circa diuersa peccata. Et prior sensus est formalis atque intentus: nec in posteriori est aliqua difficultas. Nam certum est, quoties homo post contritionem priorum peccatorum iterum peccat, iterum obligari ad pœnitentiam: sicut quoties furatur, tenetur restituere, quia sit similis inæqualitas ex qua confurgit obligatio iustitiæ. Ad hoc enim supponimus pœnitentiam hoc modo esse iterabilem, semperque posse habere eundem effectum, quod supra demonstratum est. Solum posset quis dicere esse liberum homini, quamuis peccata multiplicet, eorum pœnitentiam differre, vt de omnibus vnâ contritionem, & satisfactionem exhibeat in fine vitæ; atque hoc modo semel tantum obligari ad contritionem etiam circa diuersa peccata. Sed de hoc postea videbimus, an scilicet sit licita homini tanta dilatio: tamen illa posita, iam tunc multa peccata accipiuntur per modum vnus integri debiti, & non per modum plurium, pro quibus sigillatim satisfaciendum sit.

*An circa eadem peccata pœnitentia semel tantum obliget in vita.*

Ratio ergo dubitandi esse potest, quia homo per pœnitentiam semel exhibitam non satisfacit condignè: ergo adhuc manet in illo obligatio amplius satisfaciendi vel pœnitendi. Item, quia ratione cuiuscumque peccati mortalis tenetur homo ad contritionem efficiendam: contingit autem hominem post multa peccata mortalia vnâ de omnibus habere contritionem: ergo non est verisimile per illam semel exhibitam satisfacere huic præcepto. Tenetur ergo saltem toties contritionem elicere, quoties mortaliter peccauit. Tandem, si aliqua esset ratio ob quam semel tantum obligat hoc præceptum, maxime quia per contritionem semel habitam peccatum remittitur, & de peccato semel remisso non tenetur homo amplius conteri: at hoc posterius falsum est, quia sæpe tenemur de peccato remisso contritionem habere, vt supra diximus de peccato remisso per solum amorem absque formali pœnitentia: & in lege gratiæ, quannis peccatum sit remissum per sacramentum confessionis cum sola attritione, adhuc tenetur homo ad contritionem habendam: quia, cum præceptum contritionis sit naturale, & ad perfectionem internæ iustitiæ pertineat, non est verisimile fuisse sublatum in lege gratiæ: fuisset autem sublatum si non obligaret saltem post confessionem.

In hac re fuit opinio Theologorum antiquorum dicentium hoc præceptum sæpius obligare, quoties scilicet peccata prædictæ memoriæ occurrunt, etiam

R post-

*Quoties homo post pœnitentiam peccat, tenetur iterum conteri.*

*Ratio dubitandi.*

*Prima opinio.*

Aluf.  
Bonau.  
Rich.  
Gabr.  
Palud.  
D. Thom.  
Syluest.  
Viguer.  
Hugo. de  
S. Viñ.  
Isidor.  
August.

1989. 2.

De illa iudicium ferur.  
Pœnitentia perpetua duplex, positiva & negativa.

Pœnitentia negativa semper habenda, ex negativo præcepto.

Postquam remissa sunt. Ita tenet Alex. Alenf. 4. p. q. 68. membr. 2. alias q. 17. membr. 2. art. 2. §. 2. Bonau. in 4. d. 16. art. 3. q. 2. Rich. d. 14. art. 9. q. 1. & ibi Gabr. q. 3. art. 3. & Palud. d. 17. q. 1. art. 3. vbi id insinuat D. Th. q. 3. art. 1. quæstion. 4. Qui tamen non simpliciter loquitur, sed statim addit, *Præcipue si occurrat articulus mortis, vel alia necessitas.* Eandem opinionem tenet Sylu. verb. *Contritio*, q. 2. Viguer. in Summa c. 16. §. 4. vers. 11. Citanturque in huius sententiæ fauorem nonnulli antiqui Doctores dicentes, pœnitentiam in hac vita debere esse perpetuam, Deumque licet hominem à culpa soluat, obligare illum ad perpetuam peccati desertionem, vt ab Hug. de S. Viñ. insinuat lib. 2. de Sacramentis p. 14. c. 1. Et Isidor. lib. 1. de Summo bono, & Aug. lib. de Vera & falsi. pœnit. c. 13. A quo ratio huius necessitatis insinuat ex illis verbis Ioan. 8. vbi Christus ad adulteram dixit, *Vade, & amplius iam noli peccare.* In quibus expendit Augustinus non dixisse Dominum, *Ne pecces*, sed, *nec voluntas peccandi in te oriatur.* Et subdit, *Quod quomodo seruiabitur, nisi dolor continue in pœnitentiam custodiatur.* Hoc enim intelligi non potest de continuitate physica: ergo debet intelligi de morali proportionata materiæ, & rei, de qua agimus. Hæc autem esse videtur, vt quoties homo practice de peccatis cogitat, ea detestetur: quia necesse est, tunc habere aliquem actum voluntatis circa illa peccata: alioqui, (ait Gabr.) videretur homo illa parum pendere, vel in ea tacite consentire, aut se exponere periculo consentiendi. Vt ergo eorum complacentiam omnino non admittat, tenetur talium peccatorum contritionem habere. Et hoc esse videtur, quod August. dixit, *Quod quomodo seruiabitur, scilicet, vt voluntas peccandi non oriatur, nisi dolor continue in pœnitentia custodiatur.*

Hæc tamen opinio proprie & in rigore intellecta, vt sonat, vera non est. Vnde aduertendum est ex D. Thoma supra, post peccata remissa duobus modis posse intelligi pœnitentiam esse perpetuam: vno modo negatiue: quia talis pœnitentia nec displicere, nec retractari debet: & ideo censetur perpetuo manere, vel in habitu, vel secundum moralem rationem, quatenus homo censetur moraliter manere in ea voluntate, quam semel habuit, & nunquam retractauit. Alio modo dici potest pœnitentia perpetua positue & actualiter: quia videlicet semper tenetur homo actus contritionis habere congruis temporibus de eisdem peccatis. Priori modo verissime dicitur, pœnitentiam debere esse perpetuam ex vi præcepti eius, non quidem affirmatiui, sed negatiui. Quod duplicem obligationem inducit: vna est, vt nunquam displiceat pœnitentia, seu contritio prius habita: est enim talis displicentia intrinsece mala, & huic virtuti specialiter repugnans, eo quod sit quidam contemptus ipsius pœnitentiæ, & virtualis complacentia in iniuria Dei. Alia obligatio est nunquam complacendi iterum in peccatis, quæ semel displicere, seu, vt nunquam homo similia vellemus, nam hoc repugnat proposito non peccandi de cætero, quod in contritione includitur. Vnde, si illa complacentia in peccato prius deserto haberetur de illo, quatenus est iniuria Dei, esset formalissime contraria pœnitentiæ, & speciale peccatum illi proxime repugnans: si autem habeatur illa complacentia vel voluntas peccati (de quo prius est pœnitentia acta) solum sub specifica ratione eius, scilicet, vt est adulterium, vel furtum, sic præceptum negatiuum non habendi talem actum semper spectat ad specialem virtutem, cui tale peccatum contrarium est: generaliter autem spectat ad virtutem pœnitentiæ, quatenus prohibet omnem iniuriam Dei. Atque hoc sensu locuti sunt antiqui Patres de perpetuitate pœnitentiæ: quamuis etiam significent aliud, quod infra explicabimus.

Posteriori quætem modo necesse non est, pœnitentiam

tiam perpetuam esse in eo sensu, vt necessarium sit quoties peccata recogitantur, circa illa, formalem actum pœnitentiæ, aut displicentiæ exercere: nullum enim tale extat præceptum affirmatiuum pœnitentiæ, vt recte sentit D. Th. supra q. 84. art. 8. & 9. & ibi etiam adnotauimus, & Caiet. ibid. & 1. tom. Opusc. tract. 17. q. 1. Medina Codic. de Pœn. q. 6. dub. 2. Soto, d. 14. art. 9. & d. 17. q. 2. art. 6. Nauarr. in Sum. c. 1. n. 22. & alij sectione sequenti citandi. Ratio vero est, quia nullum est principium ex quo talis obligatio vel præceptum, sufficienter colligatur: vnde, cum grauissimum onus imponat hominibus, non est sine fundamento afferendum. Assumptum declaratur: nam quod hoc præceptum nõ sit positiuum, omnes pro comperto habent: quia humanum esse non potest, cum agamus de obligatione per se ad actum mere interiorem: nec diuinum est, cum nec scriptum sit, neque speciali traditione receptum. Quod vero nec naturale sit, patet facile soluendo fundamentum contrariæ sententiæ. Directe vero ita ostenditur: quia vel hæc obligatio est per se ad ipsam recogitationem peccatorum dolorosam, vt sic dicam: & hoc non, vt in sequenti puncto ostendam: vel est solum quasi per accidens, ob recogitationem peccatorum, quæ supponitur. Quo sensu videtur loqui citati Doctores. Et hoc etiam dici non potest, quia sola recogitatio peccati non habet vnde inducat hanc positiuam obligationem eliciendi nouum dolorem talis peccati. Nam, vel hæc obligatio esset pure, ac per se solum propter actum pœnitentiæ: & hoc non, quia non tenetur homo quoties de aliquo obiecto cogitat habere in voluntate actum illi obiecto proportionatum, sed potest vel nullum habere, vel solum habere voluntatem cogitandi de tali obiecto, vt quando homo cogitat de Deo, nõ statim tenetur illum super omnia amare, ex vi solius cogitationis, vel si de beatitudine cogitat non statim tenetur elicere actum desiderij, vel spei illius. Quæ enim fingi potest ratio huius obligationis per se, & ex vi solius cogitationis? Vel illa obligatio est quasi per accidens, quatenus illa detestatio necessaria videtur ad vitandum nouum aliquod peccatum per cõceptum pœnitentiæ, aut complacentiam peccati recogitati, & hoc etiam moraliter loquendo ac regulariter notata est: tum quia semper suppetit aliud remedium, vel diuertendi cogitationem ad alia obiecta honesta, in quo nullus est contemptus pœnitentiæ, sed solum quædam negatio seu simplex non vsus illius, & potius est ille quidam contemptus talis peccati: & interdum solet esse hoc remedium contra tẽtationes, vt & peccatum ipsum, & qui ad illud excitat, parui pendendi videatur: vel etiam est sufficiens remedium habere simplicem voluntatem nolendi committere peccatum illud, quod recogitatur, qui actus non est propria pœnitentia, sed esse potest actus castitatis, vel iustitiæ, iuxta materiam peccati recogitati. Tum propterea: quia, etiam si neutrum horum fiat, facile fieri potest, vt nullum sit periculum noui consensus & complacentiæ in tali peccato, vt si homo se sentiat constantem in proposito non peccandi, periculum etiam contemptus, moraliter loquẽdo, nullum est, cum facile possit pœnitentia non exerceri hic & nunc, non quia contemnatur, sed quia non ponitur; vt necessaria. Imo fieri potest, vt licet peccata cogitentur, de pœnitentia ipsorum non occurrat cogitatio, neque etiam obligatio applicandi se ad talem cogitationem.

Dices, ergo saltem, si cum cogitatione peccatorum occurrat actualis cogitatio de contritione eorum, tunc necessarium erit contritionem exercere. Ad hoc Cano in relect. de pœnit. p. 4. concedit in eo casu necessarium esse habere actum contritionis saltem ad vitandum peccatum veniale, non tamen ex obligatione intrinseca præcepti pœnitentiæ, sed ex aliis principiis extrinsecis. Vnum principium est, dif-

Pœnitentia positiuam semper habenda quatenus peccata recogitantur. D. Thom. Caiet. Medina. Soto. Nauarr.

Obiect. Causa pœnitentiæ.

est, difficillimum, scilicet, esse ac fere impossibile continere voluntatem ab omni actu circa obiectum sibi propositum : ergo necesse est, aut velle contritionem, & consequenter exercere illam : nam qui vult facere aliquid, & potest, statim facit : aut nolle actualiter conteri, & hoc non fit sine aliquo peccato saltem veniali : quia licet in obiecto non sit necessitas, sed indifferentia: tamen illa volitio est actus otiosus, cum non possit habere honestum finem.

Veruntamen neque hanc necessitatem inuenio eliciendi contritionem pro eo tempore. Primo: quia non est physice, nec forte moraliter impossibile nullum actum voluntatis habere circa obiectum sit recogitatum : nihil enim est, quod necessitet voluntatem ad exercitium alicuius actus. Secundo: quia potest voluntas tunc habere simplicem complacētiam in honestate, & pulchritudine contritionis, & non habere efficacem volitionem exercendi illam. Tertio: quia potest tunc homo velle applicare intellectum ad intensiorem cogitationem turpitudinis peccatorum, vel alicuius restitutionis, vel obligationis, quæ ex eis resultat, & ita diuertere illum à cogitatione contritionis. Quarto, quia simili modo potest abique peccato veniali formaliter nolle nunc exercere actum contritionis: quia necesse non est ut desit finis honestus, vel quia oportet alteri rei magis necessaria intendere, vel quia homo vult priora peccata omnino obliuioni tradere, ideo que etiam vult omnem cogitationem, omnemque motum circa illa diuertere, & ad alia applicare.

Igitur per se loquendo, ex cogitatione peccatorum absolute non oritur necessitas contritionis, semper tamen regulariter loquendo erit utilis, & interdum esse possit periculosum sæpius cogitare de peccatis, sine vlla displicentia illorum, vel voluntate cauendi illa: tantumq; possit esse hoc periculum in aliquo particulari casu, ut oriretur obligatio statim exercendi contritionem, vel motum aliquem peccato contrariū sufficientem ad occurrendum illi periculo: illa vero obligatio non erit ex proprio præcepto affirmatio contritionis, sed ex illo negatio, quod obligat ad non committēdum tale peccatum. Vnde non solum potest contingere hoc periculum in recogitatione peccati commissi, sed etiam cuiuslibet nunquam commissi: quauis in peccato commissio propter præteritum experimentum delectationis eius maior possit esse excitatio, & consequenter maius periculum ex recogitatione eius. Sed hæc omnia per accidens sunt ad præceptum contritionis, de que nunc agimus.

Ex his ergo concludo, præceptum poenitentiae ex se semel tantum obligare circa eadem peccata. Probatur, quia vel hoc præceptum consideratur quantum pertinet potest ad charitatem Dei, vel sui, & hoc modo satis impletur per vnum actum contritionis: nam per illum statim homo recipitur ad diuinam amicitiam, & liberaretur à periculo æternæ mortis: quia propter talia peccata, de quibus contritus est, iam illam non incurrit: quod si iterum peccet, indigebit noua contritione illius peccati quod commisit, non vero prioris, per se loquendo, nisi quantum contritio vnus peccati virtualiter est contritio omnium. Si vero præceptum hoc consideretur, vt est proprium poenitentiae seu iustitiæ ad Deum, sic etiam exacte completur per vnum actum, post quem statim deest propria materia illius obligationis, quæ est satisfactio exhibenda Deo pro iniuria illata. Hoc enim factum est per illum primum actum: ex vi autē iustitiæ tantū tenetur homo semel satisfacere aut restituere. Nec refert quod satisfactio illa ex parte hominis non est integra seu condigna: nam talis est, qualis à Deo offenso exigitur, & ab ipso ita acceptatur, vt simpliciter remittat iniuriam: & ideo perinde

Fr. Suarez. tom. 4.

se habet debitor, ac si integre soluisset. Quod vero ita se gerat Deus cum homine vere poenitente, patet, tum quia nunquam à peccatore postulat, vt de eodem peccato sæpius conteratur, sed solum quod ex toto corde conteratur, & conuertatur ad ipsum: tum etiam, quia alias nunquam peccatum remitteretur per vnam contritionem, nisi in voto alterius vel aliarum, quod inauditum est, & improbabile. Tandem potest confirmari à simili: nam propter rationes similes præceptum confessionis semel tantum obligat, per se loquendo, de eisdem peccatis.

Dua igitur primæ rationes dubitandi ex ratione proxime facta solute sunt. Quauis enim nostra satisfactio de se condigna non sit, Deus tamen acceptat illam, quoties per veram contritionem exhibetur, & simpliciter remittit offensam, siue vna sit, siue multiplex nullam enim in hoc differentiam facit in iustificatione peccatoris, siue vnum, siue plura peccata remittat, semper enim vna perfecta contritione contentus est: & ideo cessat obligatio iterum satisfaciendi aut se disponendi ad iustitiam.

In tertia vero ratione dubitandi duo dubia peritur. Primum est, an hoc præceptum obliget aliquando post iustificationem, & remissionem peccati consecutam. Ex ratione enim facta videtur sequi pars negatiua: quia in dicto casu semper cessat vera necessitas mediæ ad reconciliationem cum Deo, & cessat etiam necessitas satisfactionis ex obligatione iustitiæ, quia remisso debito, tollitur hæc obligatio. Atque ita sentiunt aliqui. Ego vero censeo, seclusa institutione sacramenti confessionis, de quo statim dicetur, obligationem huius præcepti contritionis vere ac proprie non cessare, aut tolli, donec per aliquem actum formalem contritionis expleatur: quia hoc præceptum non obligat (ex vi legis naturæ) solā sub hac conditione, nisi aliud de iustificatione & remissione peccati comparetur, sed simpliciter obligat ad habendam contritionem de peccato, tanquam medium simpliciter necessarium ad remissionem peccati. Et ideo non diximus hoc præceptum obligare tantum quandiu remissio peccati consecuta non est, sed obligare tantum semel in vita circa eadem peccata. In quo duo includuntur: vnum negatiuum, scilicet non obligare sæpius, aliud affirmatiuum, scilicet aliquando obligare: & vtrumq; est simpliciter verum, alioqui hoc præceptum non esset de medio simpliciter necessario. Vnde, quando contingit hominem iustificari per solum amorem, non remittitur ei culpa, nisi sub onere habendi contritionem, nec Deus acceptat illam satisfactionem, vt omnino & absolute sufficientem iuxta ordinationem suam: sed solum acceptat illam vt continentem in voto contritionem, per quam veluti formaliter complenda est: quandocumque autem remissio iniuriæ, & acceptatio satisfactionis hoc modo fit, optime potest manere obligatio ad aliquid aliud faciendum: ita vero in presenti fieri, ex necessitate simpliciter formalis poenitentiae sufficienter colligimus. Et ita senserunt Medina, Vega, & Corduba locis citatis in superioribus.

Hinc vero oritur secunda difficultas, quæ in prædicta ratione postulat, scilicet, an etiam in lege gratiæ post obtentam iustificationem per sacramentum poenitentiae cum sola attritione, maneat hæc obligatio habendi contritionem. Videretur enim ex dictis sequi pars affirmans: quia, licet Deus pro tunc acceptauerit illam dispositionem, vt sufficientem ad dandam gratiam ob Christi merita applicata per sacramentum, tamen de facto & in re ipsa non fuit exhibita sufficiens satisfactio, quam homo potest, & debet exhibere: ergo semper manet obligatio complendi illam satisfactionem per veram contritionem. Et confirmatur: quia hoc per se spectat ad obsequium Deo debitum ratione iniuriæ factæ: pertinet etiam ad maiorem san-

R 2 citat.

7  
Ratiocinatur  
quod non est  
actu tra-

9  
Præceptum  
poenitentiae  
non tantum  
obligat circa  
peccata  
rapina.

10  
Soluuntur  
duæ primæ  
rationes  
dubitandi

11  
Dubitatio  
circa tertiam  
rationem  
dubitandi  
resoluitur.  
Primum.  
Obligatio  
contritionis  
non cessat,  
donec per  
actum formalem  
eius  
compleatur.

Medina  
Vega.  
Cordub.  
12  
Secundum  
dubitium.

ritatem, & internam iusticiam ipsius hominis: ergo, quanuis Christus instituerit faciliorem quamdam viam consequendi gratiam & veniam peccati per sacramentum, non est cur abstulerit aliam obligationem naturalem, intrinsecam, quæ non repugnat cum illo priuilegio sacramenti, imo illud potius iuuare potest, vt homo iam iustificatus per gratiam, melius impleat obligationem contritionis.

<sup>13</sup>  
Vera resolutio.  
Nihilominus dicendum est, per se loquendo, non manere in lege noua obligationem hanc post prædictam iustificationem. Ita sentiunt omnes, qui putant sacramentum penitentia iustificare cum sola attritione cognita: quam opinionem nunc vt veram supponimus, & ex illa inferimus assertionem. Primo, quia iam contritio non est medium necessarium: nam, si esset, deberet, per se loquendo, in ipsa prima iustificatione adhiberi, atque ita non liceret cum sola attritione cognita ad sacramentum accedere, sed semper conandum esset ad contritionem habendam: ideoque talis obligatio pugnat cum illo priuilegio sacramenti. Secundo, quia sacramentum non remittit peccatum attrito in voto futura contritionis, alienum enim esset hoc à sensu Ecclesie, & Conciliorum quæ potius dicunt contritionem aliquando remittere peccatum in voto sacramenti, non vero è contrario: quia in sacramento fertur veluti vltima, & definitiua sententia illius cause: & ideo simpliciter remittitur culpa absque alio onere amplius satisfaciendi pro illa (aliud est enim de peccato temporalis) & ideo non est vnde maneat illa obligatio.

<sup>14</sup>  
Differentia inter remissionem peccati per amorem, & per attritionem cum sacramento.  
Et in hoc est magna differentia inter remissionem peccati comparatam per solum amorem sine vlla penitentia formali, & comparatam per sacramentum cum attritione: nam illa prior non est dispositio per se sufficiens, nec formaliter continet satisfactionem à Deo requisitam: & ideo per illam non fit remissio nisi sub onere & voto penitentia: hæc vero est dispositio & quasi satisfactio per se sufficiens ex institutione Christi, à quo facta est veluti commutatio quedam necessitatis contritionis in necessitatem confessionis cum omnibus ad illam requisitis: & ideo illam absolute acceptat vt satisfactionem sufficientem, suppleturque ex meritis Christi per sacramentum applicatis, quod ex parte hominis deest, ac proinde non manet obligatio vterioris contritionis: hic enim habet locum ratio supra tacta quod remissa simpliciter iniuria, cessat obligatio iustitia. Accedit etiam, quod institutio hæc, & priuilegium sacramenti non debuit fieri cum tanto grauamine, nimirum vt relicta absolute obligatione contritionis, adiungeretur onus confessionis: ergo facta potius est per modum commutationis: nam attritio coniuncta sacramento estimatur, & acceptatur per modum contritionis.

<sup>15</sup>  
Iustificatio per attritionem cum sacramento non dispensatur in præcepto, sed mutatur materia eius.  
Nec vero propter hoc in lege noua dispensatum est præceptum contritionis, aut omnino sublatum. Primum patet: quia, quod præceptum contritionis non obliget obtemperantia remissione peccati per sacramentum penitentia, non est propter dispensationem in illo præcepto: sed quia nouum medium institutum est per se sufficiens ad dictam remissionem, & reconciliationem hominis cum Deo: & ideo, obiecto seu materia mutata, per se cessat obligatio præcepti affirmatiui, absque dispensatione alia vt in alijs præceptis naturalibus sæpe contingit. Secundum vero patet: quia, quando medium confessionis applicari non potest, tunc præceptum contritionis obligat: ergo absolute sublatum non est in hac lege, sed solum diminuta sunt, vt sic dicam, occasiones, & tempora pro quibus obligare potest. Adde præterea, quanuis hoc præceptum contritionis, vt obligat ad formalem detestationem peccati ex motiuo charitatis, aut penitentia, non obliget

hominem iam iustificatum per sacramentum, nihilominus præceptum diligendi Deum super omnia semper obligare pro aliquo opportuno tempore, etiam post prædictam iustificationem: nam hic actus amandi Deum non præcipitur primo ac per se propter satisfactionem pro peccato, aut propter iustificationem obtinendam: sed homini etiam iustificato per se necessarius est propter debitam vniouem cum suo fine vltimo, & ad vitam, omnemque aliam actionem moralem conuenienter instituentiam, & ordinandam, ac propterea hæc obligatio non cessat in lege noua, etiam si homo per sacramentum cum attritione sola iustificatus sit. Sicut infans iustificatus per baptismum, quando ad ætatem adultam peruenit, tenetur conuenienti tempore Deum super omnia diligere: & quannus homo ad iustitiam præpararetur, & iustificaretur sine tali dilectione, nihilominus postea teneretur conuenienti tempore illum actum exercere: sicut enim actus fidei, & spei per se necessarij sunt adultis, non obstante iustificatione per sacramentum: ita etiam, & multo magis actus charitatis: quod secus in actu doloris: quia non est per se necessarius, sed tantum ratione peccati.

*Dubium de contritione habenda in articulo mortis.*

<sup>17</sup>  
Tandem vero inquiri hic potest, an saltem per accidens ratione dubij seu periculi teneantur fideles in lege gratia ad habendam contritionem saltem in articulo mortis, si mortaliter peccauerint, etiam si eum attritione cognita confessi sint, vel confiteri possint: est enim valde verisimile hanc obligationem durare saltem ex lege charitatis. Nam, licet sit probabilis opinio, attritionem cognitam cum sacramento sufficere ad iustificationem, tamen non est certa, & potest esse falsa. Quod si fortasse in re ita est probabilis illa existimatio non sufficit vt homo saluetur: ergo qui sciens & videns ita se mori permittit voluntarie, exponit se periculo morali æternæ damnationis: nam vbi est morale dubium, est morale periculum, præsertim in re tam graui: hic autem est morale dubium, cum illa opinio nec valde antiqua, nec multum communis sit. Neque habet locum hic distinctio de dubio practico, vel speculatiuo: nam quando dubium est de re ipsa, seu effectu an fiat, nec ne: tam dubium speculatiuum, quæ practicum sufficit ad rem ipsam in periculo constituentiam. Videtur autem profecto charitas obligare hominem ne sit adeo negligens suæ salutis æternæ, vt eam tanto periculo exponat: ergo obligat illum ad faciendum quod in se est, & conandum ad habendam contritionem.

<sup>18</sup>  
Opinio negans.  
Quæ sententia mihi semper valde probabilis visa est, nunc etiam videtur: quanquam videam multis viris doctis, atque etiam pijs difficile ac rigorosum hoc videri: quia putant sententiam illam de iustificatione per sacramentum penitentia, cum attritione cognita iam esse adeo receptam, & autoritate Concilij Tridentini munitam, vt videatur sufficiens ad tollendum morale periculum. Item: quia alias etiam non liceret homini vnquam conteri cum attritione cognita: quia exponit se morali periculo non recipiendi sacramentum, vel saltem non recipiendi gratiam. Tandem: quia nimis coarctamus viam salutis, & inimicis hominibus scrupulos, vt quoties insurgunt dubia circa statum peccati, vel remissionem eius, teneantur contritionem iterare.

<sup>19</sup>  
Homo attritus cum sacramento  
& ab  
Dico tamen, fidelem hunc constitutum in articulo mortis, qui bene noluit solum attritionem de peccatis suis habuisse, & cum ea tantum confessum

non tenetur  
exco. in  
ita ad Div  
conari in  
moris arti  
culo.  
Tenetur in  
men ex cha  
ritate Dei  
& propria.

& absolutum esse, ex vi iusticiæ ad Deum, seu poenitentia non teneri ad perfectiorem poenitentiam agendam: quia iuxta probabilem opinionem & practice certam satisfacit quantum debuit, neque ex hac præcisâ ratione exponit se alicui morali periculo, si omnem aliam obligationem impleat, vt iam dicam. Nihilominus vero existimo tam ex charitate Dei, quam propria teneri huiusmodi hominem maiorem dispositionem procurare ad æternam salutem consequendam, grauiusque peccare, si voluntarie ita se mori sinat. Nam in primis tenetur hic homo diligere Deum super omnia priusquàm moriatur: quia, vt dixi, hic actus per se necessarius est, & non tantum ratione peccati. Nec satis est quod talis homo prius aliquando in vita Deum super omnia dilexerit, tum quia hoc præceptum non tantum semel obligat, sed etiam sæpius, & tempus maxime necessarium est articulus mortis: tum etiam: quia postquam homo priorem dilectionem per subsequens peccatum mortaliter retraxerit, tenetur denuo illum diligere, & se & omnia in eum referre, non secus ac si denuo procreatus esset. Hæc ergo obligatio cum sit per se & intrinseca charitatis, etiam nunc manet: si ergo ille homo in tali statu & articulo constitutus, Deum sic diligere conetur, non credo obligari ad aliam contritionem, seu formalem poenitentiam: quia obligationi poenitentia iam satisfactum fuit, vt dixi: & si quid erat dubij aut periculi de effectu poenitentia seuto, per illum actum amoris sufficienter tollitur, satis enim certum est neminem damnari, qui Deum super omnia diligit, & maxime post receptum sacramentum poenitentia cum attritione. At vero, si quis voluntarie talem actum omittet, ex hac parte contra charitatem Dei ageret, & omittendo etiam contritionem, contra propriam charitatem seu misericordiam, quam circa seipsum exercere tenetur, etiam specialiter peccaret, propter rationem factam, quæ apud me efficacissima est.

20  
Soluitur  
ratio in  
contrarium.

Nec propterea coartamus viam salutis, sed debitam & necessariam diligentiam ad illam ab hominibus requirimus. Neq; alij casus similes sunt, vel quia non est æquale dubium, seu periculum, vel quia non est de nocuimento adeo graui & irreparabili. Quod si tandem contingeret hominem in eo casu mori sine actu amoris, vel contritionis, & sine nouo peccato, vel quia raptus est priusquam hoc aduertere posset, vel quia illos omisit ex probabili ignorantia obligationis seu iuris aut etiam facti: quia videlicet conatus est ad talem actum habendum, & putauit se habere, re tamen vera non habuit: in his, inquam, casibus ille homo saluabitur: quia tunc necessitas talis actus non est necessitas medij in re ipsa omnino requisiti, sed præcepti, à cuius transgressione tunc excusabitur propter aliquam ex dictis circumstantiis: & ideo non amittit iusticiam, quam per sacramentum consecutus fuerat, ergo ex vi illius saluabitur. Non possumus autem maiori cum certitudine tali homini salutem promittere, quam sit certa opinio illa, quæ asserit sacramentum cum sola attritione cognita iustificare, & quam sit etiam certum in illo sacramento conficiendo nullum substantialia impedimentum interuenisse.

SECTIO V.

*Utrum præceptum contritionis obliget statim post commissum peccatum.*

Quoniam præceptum contritionis affirmatiuum est, cuius natura est, vt non obliget pro semper, sed pro determinato aliquo tempore, ideo videndum superest, quod sit tempus pro quo vtget obligatio huius præcepti. Fuit enim grauium Doctorum opinio, hanc obligationem statim oriri: a Fr. Suarez tom. 4.

A homo peccauit. Quod autem dicimus statim, non est metaphysice, seu speculatiue sumendū, sed practice, ac moraliter, id est quam primū post finitum peccatum occurrit, & cogitatio ipsius peccati, aut aliquid quod sufficienter excitet ad illam practice habendam, & aliunde fit etiam opportunitas ad exercendam contritionem: quia videlicet nullum necessarium impedimentū interuenit. Ita tenuit Guillel. Parisiens. in lib. de Sacramentis, & Tho. de Argent. in 4. d. 17. art. 4. ad 4. vbi idem sentit Palud. q. 1. art. 3. conclus. 2. Item alij auctores præced. sect. citati, qui dicunt teneri hominem ad contritionem de peccatis, quoties memoriæ occurrūt, etiā postquam remissa, sunt à fortiori dicent teneri antequam remittatur, vel potius vt remittantur, ad detestanda. Ita statim ac oportunitas occurrit. Quod specialiter sentit A. lenf. 4. p. q. 77. memb. 4. art. 1. & Maior d. 17. q. 5. & 9. & D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 18. §. 2. vbi in hanc sententiam citat D. Thom. Bonauenturam, & Durandum. non tamen designat loca: quid vero illi senserint, statim dicemus: idem sentit Sylu. verb. *contritio*, n. 4. & Marfilus in 4. q. 12. art. 1. p. 5. Qui addit, maxime hoc procedere, quando, & peccata practice memoriæ occurrunt, & homo sentit aliquem Dei impulsū ad contritionem habendam: quia tunc videtur se habere Deum tanquam creditor exigens solutionem à debitore, quo tempore videtur maxime obligare præceptum soluendi, seu satisfaciendi. D. etiam Bonauentura in 4. d. 17. in 2. p. illius articulo 4. q.

Guillel.  
Paris.  
Argenti.  
Palud.

Alenf.  
Maior.  
Anton.

Sylu.  
Marfil.

Bonau.

3. in eandem sententiam inclinare videtur, quantum subobscurè. Constituit tamen nescio quam differentiam inter religiosos & seculares, vt magis religiosi obligentur ad agendam statim poenitentiam de peccato commisso, propter statum religionis, quem profitentur, quam seculares. Sed hoc non habet fundamentum, cum tale præceptum speciale ex vi professionis, & votorum non sequatur, neque in regula contineatur. Sed quia Bonauent. magis ibi loquitur de præcepto confessionis, ideo infra in propria materia hoc latius examinabimus. Hanc præterea sententiam docuit Caiet. 2. 2. q. 6. art. 3. circa secundum, & 1. tom. Opuscul. tract. 17. quibus locis comparat hoc præceptum cum præcepto restituendi, quod licet affirmatiuum videatur, includit negatiuum non detinendi apud se rem alienam, & ratione huius negatiui obligat ad statim restituendum: ita enim præceptum contritionis, quod speciem habet affirmatiui, includit negatiuum non permanendi in diuina offensione, & hac ratione obligat ad statim satisfaciendum Deo pro peccato. Atq; hoc modo fauet huic sententia D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 8. vbi in solutione ad 1. de præcepto restitutionis ait, licet secundum formam sit affirmatiuum, implicare negatiuum. In corpore vero inde probat illud præceptum statim obligare: quia nec per modicum tempus licet in peccato immorari; sed quilibet tenetur peccatum statim deserere. Eandem sententiam tenet Petrus Soto lect. 13. de Poenitentia, & Abel. lib. 1. Paratipom. cap. 16. q. 35. Et ex Canonistis Archidiaconus in c. Ille Rex de poenit. d. 3. & Innocentius in c. Omnis viriisque sexus, de poen. & remiss. qui de confessione loquuntur. Videtur autem eadem, vel maior ratio de contritione. Fundamenta huius sententia satisfinuata sunt inter eam referendam, & inter respondendum, & probandam oppositam sententiam clarius proponentur.

D. Thom.

Petr. Sot.  
Abulen.  
Archid.  
Innoc.

*Præceptum poenitentia non obligare statim post peccatum commissum.*

dicendum nihilominus est hoc præceptum non obligare ad agendam poenitentiam statim post peccatum commissum, etiam si opportunitas occurrat, sen licet facile fieri possit. Hanc opinionem

D. Thom.

magis insinuat Divus Thomas in 4. d. 17. q. 3. artic. 1. quæstionc. 4. ubi licet dicat teneri hominem ad contritionem quando peccata memoriz occurrunt, subiungit. *Cum precipue in periculo mortis existit, aut in aliquo articulo, in quo sine peccati remissione peccatum oporteat eum incurrere.* Et in solutione ad 2. ait, *Non est de necessitate salutis corporalis, quod statim medicum quærat, nisi quando necessitas curationis incumbit, & similiter est de morbo spirituali.* Hoc etiam magis insinuat Alensis dict. quæst. 77. alias qu. 17. membr. 2. art. 2. §. 2. & Bonavent. dict. q. 3. ubi ait, teneri hominem ad contritionem quando recogitat culpam commissam, & Dei offensam, vel quando recogitare debet, sicut in hora mortis, vel in aliquo alio simili periculo. Vbi duplicem insinuat obligationem eius actus. vnam quasi accidentariam ex oblata cogitatione peccati, quæ potest dici ex suppositione: quia absolute non tenebatur homo conteri, tamen supposito quod de peccato cogitet, iam tenetur: & hæc obligatio non pertinet ad præsentem sectionem, sed ad præcedentem, ubi eam refutavimus. Alia est obligatio simpliciter ac per se (quæ ad præsens spectat) & de illa ait Bonaventura, non statim oriri, sed in aliquo articulo necessitatis, vt in solutionibus argumentorum clarius dicit. Exceptio autem, quam de religiosis insinuat, non spectat ad rem præsentem: nam, licet vera esset non esset ex vi huius præcepti, sed ex alia intrinseca obligatione. Expressius hoc tenet Durand. in 4. d. 17. q. 10. nu. 5. Angel. verb. *Contritio*, n. 5. Medin. Codic. de Pœnit. tract. 1. qu. 6. & tract. 2. de Confessione statim agenda. Adrian. in 4. q. 3. de Confessione, Soto d. 17. q. 2. artic. 6. Cano relect. de Pœnit. 4. p. Viguierius in Sum. c. 27. & 29. & latius de Pœn. d. 5. in principio circa 3. partem Glossæ n. 4. & seq.

Alens. Bonav.

Durand. Angel. Medin. Adrian. Soto. Cano. Viguier.

Assertio probatur ab incommodis.

Enasio.

Præcluditur.

Potest autem hæc assertio primo probari à posteriori, ab incommodis: quia alias homo, qui semel peccavit, differendo penitentiam continuo ac semper peccaret nouo & speciali peccato: quod est aperte falsum. Sequela patet: nam, qui non implet præceptum eo tempore quo obligat, peccat: ergo, si præceptum illud sit virtute negatiuum, & perpetuo obligans, semper etiam peccatur toto tempore, quo actus omittitur, vt patet in præcepto restituendi quod continet obligationem non contrahendi, seu detinendi rem alienam. Dicitur fortasse, etiam illum, qui non restituit pro aliquo tempore, non peccare actualiter toto illo tempore: quia dum dormit, vel de aliis rebus cogitat, non actualiter peccat: quia sine actuali voluntario, non est actuale peccatum. Sed contra: nam saltem sequitur, quoties homo aduertit se esse in statu peccati, & posse per contritionem ab illo exire, de nouo peccare non statim contritionem habendo, siue directe velit non conteri, & permanere in eo statu: siue tantum indirecte sese ad alia applicando, & nihil de contritione curando. Sicut in simili casu toties aliquis peccat contra iustitiam detinendo rem alienam, quoties habet similem voluntatem directam, vel interpretariam non restituendi statim cum possit. Consequens autem videtur durissimum, & contra communem usum Ecclesie, solent enim fideles semel tantum in anno confiteri, nulla in discursu anni habita contritione peccatorum, qui de hac dilatione, vel omissione nunquam consentunt: neq; examinant, an illa omisio fuerit voluntaria, necne: neq; confessores, etiam docti, hoc interrogant: ergo communiter omnes sentiunt non esse hoc speciale peccatum, neque præceptum contritionis ita stricte ad statim obligare. Item sequitur, peccare fidelem quoties peccata sua nondum remissa recogitans, sciens & videns, solam attritionem de illis habet, quia tacite vult pro tunc omittere perfectiorem dolorem. Consequens autem est plane falsum, & contra sensum totius Ecclesie, imo, & con-

tra doctrinam Concilij Tridenti. sess. 14. c. 4. & Sess. 6. cap. 6. & 7.

Secundo probatur à priori: quia hoc præceptum contritionis affirmatiuum est: præceptum autem affirmatiuum per se nec pro semper obligat, nec statim: ergo neq; hoc ita obligat: nulla enim specialis ratio efficax hic afferri potest. Nam quod Caletanus dicit, præceptum hoc affirmatiuum inuolueret negatiuum non permanendi aliquo tempore in statu peccati voluntarie dictum est: quia hæc absoluta negatio reuera non est in præcepto, loquendo de peccato pure habituali, iam relicto ex præcedenti actuali. Antequam enim hoc committatur, tenetur homo ad vitandum huiusmodi statum peccati: quia tenetur non peccare actualiter, tamen postquam iam peccauit, & in eo statu inuenitur, nullum est speciale præceptum negatiuum, quo obligetur homo, vt nullo tempore in tali statu se esse permittat. Et quoniam punctus contrarietatis in hoc videtur consistere, possumus id ostendere discurrendo per illa tria capita quæ supra tetigimus, ex quibus oriri potest obligatio habendi contritionem: nam ex eisdem tantum nasci poterit obligatio non permanendi voluntarie (vel minimo tempore) in statu peccati: si ergo ostenderimus ex nullo talium capitum oriri illam obligationem recte concludemus nullam esse. Simulque fundamenta contrariæ sententiæ dissoluimus.

A priori probatur assertio.

Præceptum penitentiae non obligare statim ex lege iustitiae, ostenditur.

Primum caput est lex iustitiae, quæ prius obligauit ad non inferendam Deo iniuriam, post illam vero factam, obligat ad satisfaciendum pro illa. Hæc ergo lex vt affirmatiua est, ex se non obligat statim, vt vero est negatiua, solum obligat post factam primam iniuriam, vt non addatur altera, neque illa prior augeatur. Ex eo autem quod homo non statim satisfaciatur pro iniuria prius Deo facta per peccatum, non augetur illa prior iniuria: quia reuera non erecit illud peccatum, quod commissum fuit. Neque etiam noua iniuria committitur: quia vel hæc esset sola ipsa dilatio contritionis, & in hoc petitur principium: quia de hac inquirimus an sit, & contendimus esse non posse propter solam dilationem, nisi aliunde iniuriam nouam supponat: vel esset aliqua alia offensio diuina, quæ ibi admiscetur, & hæc fingi non potest, quia supponimus hominem non habere aliquam voluntatem peccandi.

Et declaratur amplius ex differentia inter satisfactionem hanc respectu Dei, & restitutionem respectu hominis, & ex responsione ad vnâ ex præcipuis difficultatibus prioris sententiæ. Ita enim argumentatur: Lex iustitiae inter homines obligat ad restituendum statim rem furto sublatam, aut damnum illatum: quia simpliciter obligat ad non contrahendam rem alienam: ergo, & lex iustitiae ad Deum obligat ad statim satisfaciendum Deo, & non permanendum in iniuria eius. Respondet Medina, hanc obligationem ad Deum non oriri ex nudo delicto, sed simul coniungi determinationem voluntatis diuinæ, definitis modum in satisfactione sibi exhibenda: quia ergo ipse non prescripsit, vt hæc satisfactio statim fieret, ideo non statim oritur talis obligatio. Vnde, inquit, hanc obligationem magis esse comparandam cum illa, quæ inter homines nascitur ex conventionem mutua; quæ non obligat statim, sed iuxta partium connectionem, quam cum obligatione quæ nascitur ex damno illato, vel re aliena, quæ statim nascitur: quia ex ipsa est, & non ex voluntate.

Solutio argumentum contrariæ sententiæ de restitutione à Med.

Hæc

Rei iuris

Soti solutio

Reprobatur

Hæc vero responsio mihi non placet: quia licet verum sit necessitatem contritionis ad satisfaciendum Deo ortam esse ex præscripto voluntatis diuinæ, tamen obligatio satisfaciendi Deo absolute & simpliciter, nascitur ex delicto: ergo illa obligatio ad satisfaciendum præcise considerata, vt nascitur ex delicto, erit ad satisfaciendum statim: ergo hoc ipso quod Deus determinauit, vt modus satisfactionis esset per contritionem, ex vi eiusdem legis iustitiæ & iniuriæ illarum determinatur illa obligatio ad contritionem statim habendam, vt statim fiat satisfactio. Quauis enim Deus non declarauerit se velle, aut præcipere, vt contritio statim habeatur, tamen etiam non declarauit se velle in hoc negotio eedere in re aliqua iuri suo, & quasi expectare aliquo tempore debitam satisfactionem: quomodo etiam inter homines potest sine peccato differri satisfactio ex consensu personæ offensis: nullo tamen modo ostendi potest Deum hunc consensum præbuisse, aut talem voluntatem significasse. Solum ergo petit contritionem pro satisfactione: reliqua vero naturali legi iustitiæ de satisfactione exhibenda commisit: ergo hoc ipso quod expresse, & positue non concessit dilationem, erit obligatio ad statim ratione delicti seu iniuriæ. Sicut etiam inter homines, si non esset determinatus modus satisfactionis pro aliqua iniuria, & arbitrio prudenti conuenienter partes in tali modo satisfactionis, eo ipso quod nullum speciale tempus designaret, naturalis lex obligaret ad exhibendam statim talem satisfactionem.

Aliter respondet Soto dicto articulo sexto post secundam conclusionem, esse quidem in nobis obligationem non permanendi in peccato commisso, hanc vero obligationem non oriri ex aliquo singulari præcepto, sed ex omnibus illis, quibus singula peccata prohibentur. Et ideo, inquit, qui occidit, verbi gratia, differendo penitentiam, auget culpam homicidij, non tamen committit specialem culpam omissionis penitentiam, donec specialis necessitas occurrat: Et similiter de restitutione ait, ex dilacione eius augetur peccatum furti, non tamen nouum committi peccatum, donec noua ratio necessitatis creditoris, vel alia occurrat.

Hæc etiam responsio multa inuoluit, quod non videtur vera, nec satisfacere. Nam in primis quod ait teneri nos ex præcepto aliquo non esse extra gratiam vel amicitiam Dei aliquo tempore, falsum est: quia nullum extat de hac re præceptum, vt in hoc discursu paulatim ostendimus, & Soto ipse admittit non pertinere hoc ad speciale aliquod præceptum. Quod vero non pertineat ad omnia, vt ipse dicit, probatur, quia postquam aliquis commisit homicidium, aut periurium, quantuncumque differat penitentiam, & extra gratiam Dei permaneat, non amplius peccat contra præceptum non occidendi, aut non periurandi: neque ex hoc capite augetur culpa homicidij vt sic, quâdoquidē neque illa est circumstantia homicidij, neque ad virtutem iustitiæ commutatur inter homines, cuius illud præceptum non occidendi, pertinet, quod homo sit, vel non sit diu extra gratiam Dei. Vnde, si aliquod esset de hac re præceptum, necessario pertinere deberet ad aliquam virtutem respicientem aliquo modo Deum, vel amorem, aut satisfactionem illi debitam, re tamē vera nullum est tale præceptum absolute negatiuum, quod pro omni tempore obliget, sed ad summum est præceptum obligans, vt non semper, vel non nimio tempore extra gratiam Dei persistamus. Hoc autem præceptum necesse est vt sit speciale, tū quia vt ostensum est, non pertinet ad omnia mandata, vel omnes virtutes: tum etiam, quia continet specialem rectitudinem & honestatē respectu Dei: tum denique, quia alias omnisio penitentiam nunquā

A esset speciale peccatum, sed semper reduceretur ad illud in quo homo habitualiter perdurat. Sicut ergo impenitentia aliquando speciale peccatum est, ita etiam est speciale præceptum non permanendi in peccato: hoc autem non est per se negatiuum, & ex consequenti obligans ad aliquod positium, vt Cæcilianus putauit: sed potius est conuerso per se est affirmatiuum, obligans hominem vt Deo satisfaciatur, vel se ad illum conuertat.

Dicendum est ergo proprium discrimen inter Deum & hominem in hoc consistere, quod aliter læditur homo per furtum, vel aliam similem iniuriam, quam offendatur Deus per peccatum: homo enim ita læditur, vt detrimentum aut damnnum patiatur in propriis bonis sibi vtilibus, quibus carere cogitur, quandiu res ablata ei non restituitur: & ideo iustitia non tantum obligat ad non accipiendam rem alienam, sed etiam ad non detinendam aliam apud se, quia illa carentia rei propriæ continuata, est quasi continuum nocuumtum proximi: quod moraliter grauius est, quanto priuatio est diuturnior: quia semper impedit dominum ab usu rei suæ ipso inuito, & sic semper facit ei iniuriam, vt recte dixit D. Thom. 2.2. quæst. 62. artic. 8. Atque hinc est, vt obligatio restituendi per se primo oriatur ex præcepto negatiuo, non detinendi apud se rem alienam, ac proinde, vt moraliter statim, ac pro quolibet tempore opportuno obliget. Quomodo autem, quandiu restitutio non fit,

C peccatum committatur, augeatur, vel multiplicetur, ad hunc locum explicare non spectat, sed ad 2.2. quæst. 62. artic. 8. & inferius agentes de numero peccatorum in ordine ad confessionem aliquid fortasse attingemus. Nunc solum dicimus ad explicandum quoddam Diui Thomæ testimonium supra adductum, omissionem illam continuam restitutionis debite, quantum est ex se, sufficere ad continuum peccatum: quia vero illa est exterior transgressio præcepti, quæ non est actuale peccatum: nisi sit voluntaria, ex hac parte fieri potest, vt illa transgressio non continetur in ratione actualis peccati, quia non semper voluntaria est. Quia vero hoc est per accidens ex distractione vel occupatione humanæ mentis, per se autem est vt illa sit

D vera transgressio præcepti, ideo recte dixit D. Thomas in illo artic. 8. statim teneri hominem ad restituendum, quia statim tenetur peccatum deserere, & nunquam licet, vel per modicum tempus, in peccato morari: est enim hoc verisimum de peccato actuali, de quo D. Thomas loquitur, non de solo habituali: quia non restituere per se ac de se actuale peccatum est. At vero Deus, licet nostris peccatis offendatur, non tamen ita læditur, vt priuetur aliqua re sibi vtili, aut detrimentum aliquod in hoc genere patiatur: sed solum quia priuatur honore, iure sibi debito, vt finis vltimus est, & supremus gubernator, & ideo post transactam actualem iniuriam nullum ei nocuumtum accrescit ex eo, quod satisfactio pro iniuria non statim fiat, nec proprie homo

E apud se detinet aliquod bonum Deo vtile, neque impedit illum ab usu alicuius rei suæ. Ac propterea, quauis hæc obligatio ad Deum aliqui grauior sit, non tamen ita confestim vrget, neque eius dilatio habet tam intrinsecam rationem iniuriæ, sicut dilatio restitutionis.

Dices, interdum etiam inter homines ex dilacione restitutionis non crescit detrimentum alterius, vt patet in infamia, quæ non crescit propterea quod eius restitutio differatur, si aliunde non multiplicetur aut diffundatur: idemque videtur esse in honore, & satisfactione pro iniuria illata contra honorem, nam hæc etiam non crescit ex sola temporis dilacione. Interdum etiam potest accidere in solutione pecuniarum, vt detentio earum nullum alteri sit nocuumtum, quia pro eo tempore

id Germana solutio, & discrimen inter iustitiā ad Deū, & ad hominē traditur.

II Obiect.

non erat illis vsurus: ergo in his etiam casibus præceptum restituendi non obligabit statim. E contrario vero, licet Deus non patiatu detrimentum in bonis intrinsecis; in extrinsecis vero, quæ sunt fama, & honor; interdum illud patitur propter peccatum hominis: unde ex hac parte poterit esse obligatio ad satisfaciendum statim Deo, ne eius infamia, vel iniuria crescat. Ut si quis, verbi gratia, Deum suo modo infamet, falsa inter homines de illo seminando; tenetur quam primum possit damnum illud reparare.

22  
Responsio.

Respondetur, in his consideranda esse quæ sunt per se & intrinseca, non quæ per accidens, & extrinsecus contingere possunt; inter homines enim, per se loquendo, dilatio satisfactionis vel restitutionis est nociva alteri, ac proinde rationabiliter involuntarie: nam infamia, quo magis durat, eo magis radicari solet, aut diffundi: dilatio etiam satisfactionis post ablatum honorem crescit in contemptum, & illam et carentia honoris semper fit onerosior, & secum affert alia incommoda, quia humana vita multum ex huiusmodi bonis pendet, & honor, ac fama inter homines, ad bona etiam vtilia spectant. Ipsa denique carentia pecunie, vel cuiuscunque rei propriæ de se est nocuum quoddam: & ideo, per se loquendo, restitutio inter homines statim facienda est. Probabile tamen est, ut si in particulari casu manifeste cesset omne detrimentum, vel augmentum eius, & alioqui intercedat aliqua rationabilis causa, possit pro aliquo tempore restitutio aut satisfactio differri: & ideo non est tam intrinsece malum (etiam inter homines) differre restitutionem, sicut accipere rem alienam: & aliqua causa potest esse sufficiens ad honestandam dilationem, & non acceptionem. Respectu vero Dei per se loquendo non crescit iniuria, vel nocuum aliquid etiam in bonis extrinsecis Dei, propter solam dilationem satisfactionis pro iniuria, quæ cum peccato mortali ut sic coniuncta est: in particulari vero ex aliquo speciali genere peccati, vel ex aliqua peculiari occasione, aut hominis dispositione fieri potest, ut oriatur nova iniuria Dei, vel morale periculum eius: & tunc poterit esse obligatio ad exhibendam satisfactionem, statim ac necessarium fuerit ad illud damnum evitandum. Exemplum huius posterioris casus afferemus in secundo puncto. Prioris vero casus optimum exemplum est illud positum de infamatione Dei per falsam doctrinam: nam sine dubio tenetur quis ad illud damnum statim reparandum: quæ obligatio proprie non spectat ad præceptum penitentia, de quo nunc agimus, nam sine vera penitentia posset illa satisfactio fieri quatenus est restitutio famæ, seu destructio erroris: sed pertinet ad aliam rationem iustitiæ vel respectu hominum propter damnum illis illatum, ut aliqui existimant, vel etiam respectu Dei, ut ego opinor, propter specialem iniuriam illi factam per illud peccatum, non tam per malitiam auersionis, communem omni peccato, quam per malitiam conuersionis, specialem & propriam illius peccati.

13

Ex hac ergo differentia optime concluditur, præceptum contritionis, quatenus est præceptum iustitiæ ad Deum, non obligare statim ad illam habendam: quia non obligat ex vi præcepti negatiui, quo homo ex iustitia tenetur nunquam esse in peccato habituali, sed ex solo affirmatiuo satisfaciendi Deo, cuius natura non est obligare statim, sed pro aliquo articulo necessitatis. Neque ad hoc etiam factus est (quod Marfiliius aiebat) quod homo in se sentiat excitationem, aut motionem Dei ad penitentiam agendam, quia hæc sola circumstantia per se non inducit præcepti obligationem, & præferunt iustitiæ, nisi aliunde supponatur specialis aliqua ratio, ob quam hic & nunc obligatio iustitiæ urgeat. Nam etiam inter homines quod creditor petat

Excitatio Dei ad penitentiam non inducit illum obligationem

debitum, non inducit obligationem iustitiæ pro illo tempore, sed supponit illam, nisi forte in eo casu, in quo inter creditorem & debitorem conuentum esset, ut teneatur vnus soluere debitum statim, ac alius petat: nunquam autem nobis declarauit Deus velle nos obligare ex præcepto ad penitentiam agendam, statim ac nos ad illam vocat: sæpe enim nos vocat ad ea, quæ meliora & vtiliora sunt.

Probatur præceptum penitendi non obligare statim ex charitate Dei.

14  
B Secundum caput obligationis penitentia est charitas Dei. In quo similis potest fieri discursus: quia etiam hoc titulo præceptum hoc est per se affirmatiuum, & non supponit illud negatiuum non permanendi aliquo tempore extra Dei amicitiam, seu in statu habitualis inimicitia Dei. Nam præceptum negatiuum charitatis Dei obligat quidem ad non concipiendum Dei odium, & non faciendum aliquid contrarium amoris Dei: tamen quod ultra hoc deur præceptum, ut homo nullo tempore in se permittat illum statum habitualis inimicitia, nimis rigorosum est, nullaque sufficienti ratione probari potest: quantum non desine appatente argumenta, ex quorum solutionibus hoc magis confirmabitur.

15  
C Primum ergo argumentum sit, quia status habitualis inimicitia Dei est obiectum ita intrinsece malum, ut nullus possit honeste illud velle: ergo ille status ut voluntarius, semper, & pro semper est prohibitus: datur ergo hoc præceptum negatiuum non permanendi voluntarie in illo statu, vel minimo tempore: quod præceptum charitatis Dei est: quia turpitudine illius status charitatis specialiter contraria est: & ideo ad illam spectat obligatio nolendi, seu non volendi talem statum. Ergo ex vicitudine præcepti voluntaria impenitentia peccati omni tempore prohibita est: quia virtualiter est voluntaria permanentia in eo statu, ergo de contrario præceptum penitentia ex eadem charitate obligat ad agendam de peccato penitentiam statim oblata opportunitate. Patet consequentia: quia non potest voluntaria impenitentia semper esse mala, nisi penitentia semper sit præcepta: nam voluntaria omisio rei non præcepta non est mala. Secundo, ille status semper constituit hominem in periculo morali nouæ inimicitia, seu offensionis Dei: charitas autem Dei obligat ad vitandum semper tale periculum: ergo. Maior patet: quia sine gratia Dei habituali non potest homo omnia peccata mortalia vitare, ut docent omnes Theologi cum Gregorio dicentes, D Greg. Peccatum, quod per penitentiam non cito deletur Deo permittente, suo pondere in aliud trahit, ut sumitur ex hom. 11. in Ezech. Tertio si vnus homo gerat inimicitias cum alio homine, tenetur statim & sine vlla mora illas deponere, & ad amicitiam eius redire, iuxta illud Christi verbum Mat. 5. Si esset munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, qui a fratre tuo habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. Vbi significat, reconciliationem cum fratre non esse differendam, etiam propter sacrificium offerendum, nec posse sacrificium Deo placere, nisi ablata prius inimicitia cum proximo: ergo multo magis necessarium est inimicitiam cum Deo statim auferre ex intrinseca lege ipsius amicitia, quæ nihil magis expedit, quam destructionem sui contrarij, scilicet inimicitia.

16  
E In primo argumento postulat, ut explicemus si homo, qui est in peccato, etiam oblata occasione contritionis, non tenetur statim conteri, aut deserere statum peccati, quomodo possit tunc se gerere

Impugnatur repositio primo.

Impugnatio secundum.

D Greg.

Impugnatur tertio.

16  
Declaratur quomodo oblatio non obligat statim in vo-

ad penitentiam possit se convertere faciundo ab-acta, ut non peccet.

in voluntate sua, ita ut non peccet de nouo. Et in primis dicitur, si neutrum illorum directe velit, scilicet nec permanentiam in peccato, nec carentiam contritionis, nihil peccaturum, si voluntatem suam applicet ad alia obiecta honesta. Atque hoc sufficit, ut intelligamus, charitatem tunc non necessario obligare ad actum contritionis: quia potest homo nec inimicitiam Dei velle: nec tamen actu conteri. Vnde concedo ulterius, directe, ac positive velle carentiam gratiæ, aut illum statum inimicitia Dei, esse intrinsece malum, ut conuincit argumentum factum, quia obiectum illius actus intrinsece malum est, imo adeo prauum, ut velle illud, plane sit peccatum mortale: quia habet grauem deformitatem contrariam charitati Dei. Nec vero ex hoc inferitur necessitas actus contritionis, cum possit voluntas vtroque actu carere voluntarie, saltem indirecte.

17 Addo vero ulterius, etiam in eo casu posse hominem directe velle non elicere contritionis actum. Hoc supra dixi de homine iam iustificato recogitante peccata præterita: eadem autem ratio est de nondum iustificato, cum in eo etiam omisio illa, pro tali tempore, non sit contra præceptum. Solum est discrimen, quia in homine iam iustificato per contritionem, velle nunquam amplius conteri de illis peccatis, non est per se peccatum, nec contra charitatem, nec contra penitentiam: quia contra nullum est præceptum, cum obligatio habendi contritionem iam fuerit impleta. At vero in homine nondum iustificato peccatum esset, velle nunquam conteri de peccato commisso: quia talis voluntas comprehendit etiam illud tempus pro quo obligare potest tale præceptum, quod nondum impletum est. Cum limitatione autem, velle non conteri pro hoc tempore, pro quo nondum obligat præceptum, nullum peccatum est, per se & ex vi talis obiecti: quia illud obiectum non est intrinsece malum. Nam, licet contritio sit intrinsece bona, tamen carentia eius non est intrinsece mala: nisi quando debita est: quod commune est cuiuslibet actui virtutis: sed pro illo tempore ille actus non est debitus, quia, ut supponimus, non obligat præceptum contritionis: ergo pro tunc carentia illius actus non est mala, quauis nes per se bona sit: ergo indifferens.

18 Palacios re-utitur.

Sine fundamento ergo quidam dicunt illam voluntatem esse intrinsece malam, & peccatum mortale. Quod sentit Palacios in 4. d. 17. q. 2. Non potest tamen explicari, in quo sita sit talis malitia, neque assignari præceptum, quod per illum actum tam grauius violetur. Nam ostensum est præceptum contritionis non violari: nullum autem aliud excogitari potest. Soto vero ibidem qu. 2. art. 6. dicit esse peccatum veniale, quia est nolitio boni obiecti, & addit non esse contra præceptum contritionis, sed contra alia præcepta de non perseverando in furto, vel homicidio, &c. Sed neutrum est recte dictum. Non quidem primum, tum quia ille actus explicatus per modum voluntatis positive, habet obiectum indifferens, ut ostensum est: tum etiam, quia nolitio boni obiecti per se, & intrinsece non est peccatum veniale, nisi quando tale bonum necessarium ex: alias nolle dare elemosynam, aut nolle religiosum esse, vel perpetuam virginitatem seruare, semper esset veniale peccatum: quod falsum est. Non etiam secundum, nam secluso speciali præcepto penitentia, vel charitatis, alia præcepta non furandi, occidendi, &c. licet obligent ad non perseverandum in peccato actuali vnicuique contrarium; non tamen ad non permanentem in peccato habituali, quia status in peccato habituali formaliter non est contrarius præcepto non peierandi, verbi gratia, nisi ratione actus præteriti: ergo tale præceptum per se non obligat ut homo

Soto impugnat.

A non maneat in illo statu. Et multo certius est, tale præceptum non obligare ad statim deferendum statum illum: quia, si charitas, vel penitentia ad hoc non obligat, cur alia virtutes particulares obligabunt?

Melius ergo Medina, & Cano docent actum illum esse indifferentem ex obiecto. Sed Cano ait, ex accidenti fore semper actum illum veniale peccatum, quia non potest habere honestum finem, & ideo ad minimum esse actum otiosum. Medina vero ait, interdum posse habere honestum finem: quod mihi videtur verum: nam, licet sit rarum, non tamen impossibile. Quia potest quis hic & nunc esse obligatus ad alias actiones honestas, & ut eas attentius, ac diligentius exequi possit, velle nunc non cogitare de penitentia agenda. Item potest aliquis se sentire nunc valde indispositum ad contritionem elicendam: ergo, licet directe nollet tunc conari ad talem actum, sed librum aliquem legere, vel virum pium alloqui, ut paulatim excitetur, nihil peccabit.

19

Sed dicit aliquis: Qui vult non conteri de peccato remisso, virtute vult permanere in statu peccati, & inimicitia Dei: ergo, si hoc est intrinsece malum, etiam illud: nam in moralibus perinde est velle aliquid, virtualiter, ac formaliter. Antecedens probatur, quia illud consequens sequitur ex illo antecedenti: qui autem vult antecedens virtute vult consequens. Respondetur negando antecedens, quia illud consequens, scilicet esse in statu peccati, non sequitur per se ex illo antecedenti, sed tantum per accidens, scilicet quia non applicatur causa, quæ posset destruere malum illud: in huiusmodi autem causa seu antecedente, non censetur quis velle virtualiter effectum, nisi quando tenetur talem causam applicare, & non vult, alioqui solum censetur permittere effectum. Quauis autem velle statum peccati intrinsece malum sit, velle autem permittere aliquam permanentiam in illo statu, non est intrinsece malum. Vnde, cum in primo argumento sumitur, statum peccati voluntarium esse intrinsece malum, distinguendum est: nam, si voluntarium significet, id est volitum, verum est assumptum; mala vero est consequentia, quia ex voluntaria dilatione penitentia, non sequitur statum peccati esse hoc modo voluntarium, si autem in illo antecedente voluntarium significet permillum, sic falsum est.

20 Obiecto.

Solutio.

Solutio primam argumetum.

D Ad secundum argumentum primo responderi potest, ad vitandum nouum peccatum mortale non esse per se necessariam gratiam habitualem, nec remissionem peccati commisi, sed sufficere actualem gratiam excitantem, & adiuuantem: nam hæc per se & immediate præbent vires ad operationes, & ad vincendas tentationes: gratia autem habitualis, præsertim quæ est in essentia animæ, parum ad hoc confert. Neque etiam peccatum habituale, ut est pura culpa, inclinat, vel est pondus ad nouum peccatum; sed hoc faciunt habitus viziores, qui sunt per accidens ad statum peccati, de quo agimus: & præterea ad illos vincendos sufficiunt auxilia gratiæ, sine habitibus. Hæc vero responsio, licet in rigore physico & speculatio suscipi possit, tamen iuxta Theologicam doctrinam non est probanda: nam grauiores Theologi docent, hominem in statu peccati mortalis permanentem diu, non posse multo tempore persistere, quin iterum mortaliter peccet, Et id consentaneum definitioni, ac doctrine Concilij Mileuitani can. 3. dicentis gratiam Dei, qua iustificamur per Iesum Christum Dominum nostrum, non solum ad remissionem peccatorum, quæ iam commissa sunt, sed etiam ad adiutorium ne committantur valere. Et inferius exponit ita valere, ut etiam necessaria sit, detque non tantum facilius, sed etiam simpliciter posse. Et licet Conci-

21 Secunda argumetum.

Reuocatur.

Conc. Mileuit.

Con. Trid.

Concilium possit de auxiliante, seu actuali gratia exponi; tamen gratia iustificationis, ut ibi, & can. 5. appellatur, plus includit, scilicet gratiam etiam remissionis peccatorum, in qua gratia habitualis continetur. Imo Concilium Tridentinum sess. 6. canon. 3. gratiam iustificationis distinguit à gratia præueniente, & adiuuante, dicens, has esse necessarias, ut homo poenitentiam agat, sicut oportet, ut eius iustificationis gratia conferatur. Et canone nono & 11. & sepe distinguit gratiam, qua iustificamur, ab actibus illis, quibus ad remissionem peccatorum disponimur; cum tamen hi actus includant, vel supponant gratiam excitantem, & adiuuantem.

22  
Vide epistolam 95 ad Augustinum, & epistolam 107. eiusdem & Prosperum contra Colatorem c. 35.

Non nego quidem hæc auxilia gratiæ pertinere ad gratiam iustificationis, & sub ea includi quatenus dantur, ut nos ad eam præparent; sed dico gratiam iustificationis in rigore plus includere, & quasi compleri per habituales gratias: ideoque rectius intelligi illam doctrinam de tota hac gratia. Quia licet auxilia gratiæ, si darentur copiosa, sine dubio sufficerent ad vitandum nouum peccatum, etiam longo tempore, quantum prius peccatum non esset remissum: tamen, cum illa auxilia soli gratiæ habituali sint connaturalia, & peccatori non tamen non sint debita, verum etiam ille sit eis indignus: ita sunt coniuncta cum gratia habituali, ut secundum legem ordinariam ab ea non separantur. Accedit etiam quod habitus gratiæ aliquid adiuuant: boni etiam motus, quibus homo se præparat ad remissionem prioris peccati, nonnullam facilitatem relinquunt: & ideo pensatis omnibus, ac ceteris paribus, minora auxilia requirit homo iustificatus, ut vitet nouum peccatum, quam qui in peccato persistit, illi autem non dat Deus secundum communem legem maiora auxilia, sed proxime dat illi auxilium ad resurgendum; quod si illo bene non vitetur, relinquit illum cum communi concursu gratiæ. Ethoc est quod significauit Gregorius citato loco.

23  
Vera solutio ad 21.

Concedo igitur, eum qui in peccato mortali perseverat, non diu permansurum sine nouo peccato. Nihilominus potest aliquo breui tempore non peccare: & ideo non sequitur teneri ad statim habendam contritionem, quia non statim est in periculo peccati: sed ad summum sequitur teneri non diu differre conversionem suam; quod probabile est: non tam ex hoc capite, quàm per se, ut sequenti sectione dicemus. Nam ex vi huius periculi non videtur consequi hæc obligatio, tum quia non constat quantum sit illud tempus in quo homo potest perseverare sine nouo peccato mortali absque statim gratiæ: multoque minus constat quando sit Deus negaturus auxilium efficax ad vincendam aliquam tentationem: tum quia in quolibet signato tempore potest homo non committere nouum peccatum quantum est ex hoc capite, & post quodlibet tempus potest homo sibi persuadere hic & nunc non esse illud morale periculum ob illa sola causam. Quod semper addo, ut excludam extraordinarios casus; ob quos esse potest necessaria gratia habitualis ad vitandum peccatum, de quibus sequenti sectione dicemus. Ac propterea, moraliter loquendo, non est tale hoc periculum, ut censetur proximus, ac morale, ita ut propter illud specialiter obligemur ad gratiam habituales procurandam.

24  
Tertio argumento satisfit.

Ad 3. argumentum respondetur, etiam inter homines aliud esse non odisse proximum; aliud amare illum: ad primum enim statim, ac semper tenemur; ad secundum autem nec statim, nec semper, sed temporibus humano modo necessariis, iuxta doctrinam D. Thomæ & communem 2. 2. qu. 25. ar. 8. Si quis ergo inimicitias prius cum proximo duxit, ad duo tantum postea tenetur statim ac semper: vnum est ad deponendum odium formale, vel vir-

tuale, si quod habebat: aliud est ad tollendum proximo scandalum, quod daret, si se illi inimicum ostenderet. Oportet ergo omnia signa inimicitie tollere, & affectum odij ablatum esse, significare: & à fortiori etiam est necessarium statim restituere nocumenta vel iniurias, si quæ fortasse occasione inimicitiarum illatæ fuerant. Et hæc omnia significauit Christus in verbis in argumento citatis. Inire autem nouam & specialem amicitiam necessarium non est nec statim, nec etiam postea, per se loquendo.

Vnde in illatione, quæ fit ad amicitiam cum Deo, in aliquibus est similitudo, in aliis vero minime. Nam respectu Dei est specialis obligatio diligendi eum, ut vltimum finem, peculiari modo, & affectu interno, non propter indigentiam, quæ sit ex parte ipsius Dei, nec propter contingentes euentus, sed propter dignitatem ipsius Dei, seu propter subordinationem & vnionem quam per se illi debet humana natura. Et quoniam hæc obligatio ex ordine gratiæ eleuata est ad amorem infulum & supernaturalem, ideo extenditur etiam hæc obligatio ad ineundam specialem quandam, & excellentiorem amicitiam cum ipso Deo, quæ suo modo etiam ad proximis extenditur. Hinc etiam tenetur homo statim, ac semper ad non habendum in se Dei odium formale, nec virtuale: & huc etiam spectat non habere propositum formale, vel virtuale iterum peccandi. Vnde, si quis peccauit, & caratione inimicitiam cum Deo contraxit, statim tenetur tollere voluntatem peccandi, & omne id quod ad actuale, vel, ut sic dicam, positiuam inimicitiam ex parte sua pertinere potest, quale est omne propositum peccandi, aut moralis, & proxima occasio eius: quantum hæc obligatio non semper spectat ad charitatem proxime & elicitius, sed remote & in generali: nam proxime pertinere potest ad iustitiam, &c. Præter hoc autem non tenetur homo statim positiuè inire nouam amicitiam cum Deo, sed potest in aliud vel commodum, vel magis necessarium tempus illud reservare. Neque etiam tenetur ad tollendum statim illam priuationem amicitie, quæ tantum per modum habitus in ipso manet per peccatum, & reddit illum de se dignum odio diuino, quia ex vi illius præcisè sumptæ non habet actuales, aut virtuale odium Dei, aut propositum peccandi. Denique respectu Dei non est necessarium exhibere aliquod signum depositionis odij vel mali propositi, quia per se ipse inuocatur cor.

An præceptum poenitentie statim obliget ex charitate propria.

Tertium caput huius obligationis esse potest ex charitate propria. In quo non minor potest esse difficultas, quia homo ex vi charitatis ad seipsum tenetur statim adiuuere, vel remedium adhibere omnigravi malo proprio, quod vel corpori, vel animæ potest esse nocuum: quod in corporalibus quidem manifestum est; videtur autem esse maior ratio de spiritualibus, quia plus tenetur diligere animam, quam corpus: peccatum autem grauissimum in animam est, & in ea durans, non potest non afferre illi maxima nocumenta: ergo. Et confirmatur, nam plus tenetur homo seipsum diligere in spiritualibus, quam proximum: sed proximum tenetur corripere, ut à peccato exciteatur, quam primum potest, id est absque suo incommodo, & cum spe utilitatis proximi, & nisi meliorem occasionem, & opportunitatem probabiliter expectet, iuxta doctrinam Aug. 1. de Ciuitate, c. 9. & D. Tho. 2. 2. qu. 33. art. 2. ad 3. ergo à fortiori tenetur homo seipsum corrigere, & à peccato resurgere statim ac potest, quia sine suo villo

Villo incommodo semper id facere potest, & non est quod meliorem occasionem expectet, quia semper illi melius est præsentis occasione bene uti, & in sequenti proficere. Præsertim, quia semper est in manu eius remedium peccato adhibere, saltem per contritionem perfectam.

17 Sed hæ rationes non ostendunt specialem obligationem charitatis ad contritionem statim habendam, sed potius ad oppositum probandum retorqueri possunt. Ad primam enim respondetur, magis teneri hominem ad non inferendum sibi aliquod grave damnum, quam ad non tolerandum illud aliquo tempore, seu ad repellendum illud statim, si iam illud illatum statum est: ostensum autem supra non peccari specialiter contra charitatem propriam, peccando mortaliter, vel inferendo sibi damnum illud, quod peccatum secum affert: ergo multo minus ex vi huius charitatis erit postea specialis obligatio ad obviandum statim malum illud. Et in hoc est aliqua differentia inter corporalem vitam seu salutem, & spirituales: nam ad non nocendum grauter corpori proprio tenemur ex speciali lege iustitiæ, quia non sumus Domini vitæ corporalis: quæ obligatio iustitiæ non habet locum in spiritualibus respectu nostri, quia sumus aliquo modo Domini illorum, saltem ratione nostræ libertatis. Ad expellendum autem à nobis corporalem ægritudinem, vel aliud nocuentum corporis, non tenemur ex lege iustitiæ, sed solum ex misericordia, seu charitate. Addit præterea Cano supra, teneri hominem non differre curationem, sed statim remedium adhibere: & in hoc etiam constituit differentiam inter corporalia & spiritualia, ex illo principio, quod homo non est Dominus vitæ corporalis. Sed certe ex illo non potest colligi hæc obligatio ita vrgens, quia, licet quis teneatur non inferre damnum rei alienæ, non tamen æque tenetur illi remedium adhibere, si aliunde inferatur. Sicut magis obligatur homo, ut non se occidat, quam ut se defendat. Propter quod censo in dicto casu non statim committi speciale peccatum contra propriam misericordiam, vel charitatem: si remedium illud aliquantulum differatur, quia obligatio se diligendi in his corporalibus rebus non est adeo vrgens, ut statim & sine vlla mora postulet executionem remedij, seu medicinæ: nulla enim sufficiens ratio ad hoc afferri potest, quando quidem nullum nouum detrimentum graue ex illa dilacione timeatur, ut supponitur. Sola autem illa duratio non est per se graue damnum, ut propterea ex præcepto negatiuo cogamur illam non permittere villo tempore. Aliunde vero obligatio adhibendi medicinam ex præcepto affirmatiuo est quod non pro semper, nec statim obligat. Et quoad hoc est aliqua similitudo inter hoc exemplum ex corporalibus sumptum, & spirituale detrimentum proprium, quod ex peccato prouenit: concedimus enim, aliquando posse charitatem propriam specialiter nos obligare ad expellendum à nobis malum illud, non tamen obligare pro semper, seu statim, ac nobis inest malum illud: sed quando extrema, vel grauis necessitas vrgeret, vel timeretur periculum grauioris mali, præsertim mortis æternæ, propter rationem superius tactam sectione 2. Atque ita respondetur ad hanc difficultatem D. Th. in 4. d. 17 q. 3. art. 1. q. 4. ad 2.

18 Ad confirmationem primo responderi potest, exemplum non esse simile, quia nunc agimus de remedio, quod homo tenetur adhibere peccato commisso, ut sic, etiam si amplius committendum non sit: correctio autem fraterna non obligat ad corripiendum proximum de peccato commisso, ut sic, sed solum quatenus in futurum pendet, quia nimirum proximus in ea est dispositione, ut sit in periculo iterum atque iterum committendi tale peccatum vel continuandi illud, ut sumitur ex Mathæi 18.

A Vbi hoc præceptum proponitur, & materia eius dicitur esse peccatum proximi ita continuatum, ut si ab illo non desisterit, etiam post Ecclesiæ admonitionem, excommunicandus sit: constat autem materiam excommunicationis non esse peccatum præteritum ut sic, sed quatenus in futurum pendet: ergo eadem est materia correptionis fraternæ. Quod etiam sentit Gloss. in c. Si peccaueris 2. q. 1. Ex qua doctrina constat, argumentum factum non solum non vrgere, verum etiam contrarium probare aliquo modo. Nam homo non tenetur corrumpere proximum ex charitate solum propter emendationem peccati præteriti, sed tantum ut nouum peccatum euitet, quando eius imminet morale periculum: & tunc mirum non est, quod præceptum correctionis obliget statim, quia periculum peccandi, statim vitandum est: ergo neque homo tenetur seipsum statim curare à peccato commisso, si propterea non imminet periculum noui peccati.

Huius autem responsionis fundamentum solidum non est: ut enim notauit Soto relect. de Secreto memb. 2. q. 2. concl. 2. duobus modis intelligi potest præceptum correctionis non obligare ad præteritum: primo si ita præteritum sit, ut sit iam curatum & emendatum: & in hoc sensu est verissimum, quia misericordia non obligat ad subueniendum proximo, nisi existenti in miseria & necessitate: tunc autem iam cessauit necessitas & miseria proximi, quia iam non est in peccato: ergo cessauit etiam obligatio correptionis. Itæ finis huius præcepti est lucrari fratrem, ex Math. 18. sed iam hic finis obtentus est: ergo cessauit obligatio obtinendi illum. Denique, iam illa non esset correptio, sed vindicta & punitio, quæ non pertinet ad charitatem fraternam, sed vel ad paternam, vel ad iustitiam legalem. Propter quod recte dixerunt Angelus, & Syluester verb. Correctio, in principio, præceptum correctionis solum obligare circa peccatum quod habeat permanentiam, id est emendatum non sit, quia corrumpere peccatum præteritum, solum quia commissum fuit, tantum ad Prælatos pertinet. Et eodem modo dixit recte Caietanus in Summa verb. Correctio fraterna. Caiet. hoc præceptum correptionis esse elemosinam, quæ non est facienda, nisi indigentibus. Alio modo potest dici peccatum præteritum, quia commissum est, & ita transit, ut nullum timeatur periculum reincidenti, non est tamen emendatum, sed proximus adhuc manet in peccato: & in hoc sensu falsum est non obligare hoc præceptum etiam circa peccatum præteritum, ut recte notauit Adrian. in 4. q. 1. de Correctione fraterna, concl. 2. Et sentiunt reliqui auctores citati, & alij communiter in ea materia. Et colligitur ex verbis Christi, Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: ergo hic est finis huius præcepti: lucrari autem fratrem non solum est impedire nouum peccatum eius, sed etiam illum ad salutem reuocare, ut August. Hieron. Chryso. & alij Patres notant: ergo, quando hic finis comparatus non est, quia proximus in peccato manet, habet locum correctio fraterna, & obligatio eius. Et ratio etiam est euidentis, quia hoc præceptum est misericordiam, & elemosinam spirituales, & proximus adhuc est in miseria, & maxime indiget: ergo est illa sufficiens materia huius præcepti. Responsio ergo data, si in hoc posteriori sensu intelligatur falso videtur fundamento: si vero in priori, non satisfacit, quia argumentum proportionaliter procedit de peccato commisso nõdum per penitentiam deletum.

Respondetur ergo secundo, præceptum correctionis quatenus obligat ad corripiendum fratrem solum ad finem hunc, ut agar penitentiam de peccato commisso, non obligare statim, sed pro loco & tempore, pro quo indiget proximus tali correctione, quia hoc præceptum affirmatiuum est, & ideo

Gloss. in c. Si peccaueris 2. q. 1. Ex qua doctrina constat, argumentum factum non solum non vrgere, verum etiam contrarium probare aliquo modo.

29 Relect. de Secreto memb. 2. q. 2. concl. 2. duobus modis intelligi potest præceptum correctionis non obligare ad præteritum.

Angel. Syluest. verb. Correctio, in principio, præceptum correctionis solum obligare circa peccatum quod habeat permanentiam, id est emendatum non sit, quia corrumpere peccatum præteritum, solum quia commissum fuit, tantum ad Prælatos pertinet.

Caiet. hoc præceptum correptionis esse elemosinam, quæ non est facienda, nisi indigentibus.

Adrian. in 4. q. 1. de Correctione fraterna, concl. 2. Et sentiunt reliqui auctores citati, & alij communiter in ea materia.

August. Hieron. Chryso. & alij Patres notant: ergo, quando hic finis comparatus non est, quia proximus in peccato manet, habet locum correctio fraterna, & obligatio eius.

30 Alia eiusdem confirmatio solutio.

D. Thom.

18 Excluditur primo confirmatio de confirmatione fratrum.

Matth.

Adrian.  
August.

Calest.

Armill.  
Syluest.  
Angel.  
Soto.

31  
Dilutio ter-  
tia confir-  
mationis.

Differentia  
varia inter  
praecipuum  
correctionis  
fraternae, &  
conuersionis.

ideo generalem regulam praecipuorum affirmati-  
uorum participat, neque est vlla specialis ratio cur ex-  
cipiatur. Ita respondet Adrianus dict. quaest. 3. de  
Confessione, citans Augustinum 1. de Civitate, ca-  
pite 9. dicentem, *Si propterea quisque obiurgandus &  
corrigendus male agentibus parcat, quia opportunius tem-  
pus inquirat, consilium esse charitatis.* Et eandem sen-  
tentiam supponunt auctores citati, & alij de Corre-  
ctione scribentes. Nam Calestanus expresse dixit,  
illud praecipuum obligare pro loco, & tempore ne-  
cessitatis. Idem Armilla numero 2. & fere Syluest-  
er, Angelus, & Soto 4. conclus. ad finem. Quod autem  
sit hoc tempus necessitatis dicti auctores non  
aliter declarant, quam dicendo debere tempus  
esse opportunum, tum ex parte corripientis, ut sci-  
licet possit id facere sine magno incommodo suo,  
tum ex parte alterius, scilicet, ut sic ita dispositus,  
quod habeatur spes fructus. His autem concurrenti-  
bus, significant dicti auctores teneri hominem,  
ad corrigendum statim proximum peccantem.  
Ex qua declaratione non soluitur, sed integrum man-  
et argumentum factum: nam, si illis concurrenti-  
bus statim tenetur homo corrigere proximum, ut  
emendetur: ergo eisdem concurrentibus tenetur  
statim emendare se ipsum per contritionem ergo  
simpliciter statim tenetur conteri, opportunitate,  
& memoria peccatorum oblata, quia semper po-  
test id facere sine graui incommodo, & cum fructu,  
quia ex sua voluntate pendet: nam gratia Dei praesto  
est.

32  
Cano igitur dict. relectione, absolute concedit  
antecedens, scilicet, praecipuum correctionis obli-  
gare statim, ac se offert occasio opportuna, nam hoc  
ipso necessaria existimatur, quando moraliter, ac  
probabiliter alia opportunior non speratur: qui vi-  
detur sensus Augustini in loco citato. Nihilominus  
tamen negat consequentiam argumenti, & plures  
differentias constituit inter emendationem fratris  
per correctionem, & propriam per contritionem.  
Prima est, quia homo est dominus vite spiritualis  
propriae, non tamen proximi; & ideo potest cede-  
re iuri suo, non tamen iuri proximi: sicut in tempo-  
ralibus, si quis videat propriam famam laedi, aut vi-  
neam comburi, potest sine peccato saltem mortali  
tacere, vel non succurrere, etiam si commode pos-  
sit: si tamen simile quid videat circa famam, vel res  
proximi, grauius peccabit, si, cum possit commo-  
de eas tueri, non faciat. Haec vero differentia in praesenti  
non fatiscit, quia non tractamus de obliga-  
tione iustitiae, sed charitatis, quae locum habet etiam  
in his bonis, quorum homo est dominus: nec agimus  
de temporalibus sed de spiritualibus bonis, in  
quibus tenetur homo magis seipsum, quam proxi-  
mum diligere, ut est certum. Si ergo in his bonis ita  
teneatur diligere proximum, ut facta opportunitate,  
teneatur illum sanare si potest: ergo multo magis  
teneatur hoc modo diligere seipsum: ergo licet in  
hoc cedendo iuri suo excusetur a peccato contra  
iustitiam, non tamen a peccato contra charitatem.  
Vnde non est aptum exemplum de fama, aut vi-  
nea, quia in his rebus temporalibus non semper te-  
nemur nos ipsos magis quam proximos diligere, &  
aliquando possumus ea prodigete sine graui culpa,  
etiam contra charitatem propriam. Est etiam aliud  
discrimen, quia exemplum praecedit quando proxi-  
mus patitur damnum temporale iniustus, & non  
potest se tueri, nam si possit & nolit, non tenetur al-  
ter illi subuenire saltem sub graui culpa: spirituale  
autem damnum patitur voluntarie, & potest sibi  
succurrere. Vnde fortius redditur argumentum,  
nam, si hoc non obstante, tenetur homo corrigere  
proximum cum primis potest, propter spirituale  
eius incommodum, multo magis tenebitur statim em-  
mendare seipsum.

Addit ergo Cano aliam differentiam, nimirum

A voluntatem propriam semper esse in hominis po-  
testate, & ideo non obligari ad bene vtendum illa,  
quoad contritionem in prima opportunitate, ut sic  
dicam, sed posse aliam & aliam expectare, quia sem-  
per est in suo arbitrio, donec aliqua urgeat neces-  
sitas: voluntatem autem proximi non semper esse in  
manu alterius, ideoque fieri facile posse, ut, si nunc  
sit opportunitas cum spe convertendi illum, & illa  
praetermittatur, postea alia similis non occurrat,  
vel ut priusquam occurrat, proximus patiatur ali-  
quod graue spirituale detrimentum: & ideo respec-  
tu proximi, opportunitas temporis habet vim ne-  
cessitatis, non tamen respectu sui. Quae quidem dif-  
ferentia est satis probabilis; adhuc vero non eua-  
nuat difficultatem. Nam in primis, si post illam op-  
portunitatem speretur alia aequalis, & interim non  
timeatur moraliter aliquid speciale nocuum mentum  
spirituale proximi praeter durationem peccati habi-  
tualis, licebit correctionem differre vsque ad illam.  
Sequela patet, quia tunc iam cessat omnis moralis  
necessitas, & tota ratio differentiae signatur: nec ca-  
sus ille est speculatiuus, sed potest esse moralis &  
frequens. Quod si illud consequens concedatur, iam  
simpliciter falsum est, praecipuum correctionis obli-  
gare statim facta opportunitate, & tunc emenda-  
tio proximi, & propria, omnino aequiparabuntur,  
seruata proportione. Nam, si in utroque casu ita oc-  
currit oportunitas emendae, ut illa amissa non spe-  
retur alia similis, vel interim nouum spirituale da-  
num timeatur, statim obligat praecipuum emen-  
dationis tam respectu sui, quam proximi: si autem,  
non obstante praesente opportunitate, speretur alia  
sufficiens absque interuentu noui detrimenti spi-  
ritualis, praeter durationem peccati habitualis, nec  
respectu proximi, nec respectu sui obligat statim  
praecipuum.

Hanc ergo existimo esse veram huius difficultatis  
solutionem. Vnde concedo oportunitatem tem-  
poris non statim inferre obligationem corripieu-  
di, nisi illa oportunitas in aliquam transeat neces-  
sitate, ex generali principio quod praecipuum af-  
firmatiuum non obligat, nisi in articulo necessita-  
tis. Haec autem necessitas in hoc consistit, quod proxi-  
mus hic & nunc indigeat correctione: nam, cum  
hoc sit praecipuum elemosynae, supponitur alio in-  
digentiam, & in ea fundatur, & consequenter, ut  
hic & nunc obliget, supponit talem indigentiam;  
quae hic & nunc requirit remedium ab alio; quia  
obligatio commensuratur indigentiae, ut in aliis ar-  
tibus elemosynae facile ostendi potest. Est autem  
in hac differentia inter correctionem, quae ordina-  
tur ad impediendam continuationem, seu itera-  
tionem actualis peccati, vel quae solum ordinatur  
ad tollendum peccatum commissum; nam in prio-  
ri casu indigentia proximi semper est praesentanea,  
& actualis, quia semper & continue timetur no-  
uum spirituale nocuum mentum proximi, quale est  
nouum peccatum mortale, seu continuatio eius  
quoad actuale culpam: & ideo tunc quodlibet  
opportunitatem tempus ad corripendum proximum,  
est etiam tempus necessitatis, quia supponitur proxi-  
mus in morali periculo grauisissimi, & noni damni  
spiritualis. Nec refert, quod nocuum mentum illud sit  
voluntarium, quodque absolute posset ipsa sua vo-  
luntate vitare cum gratia Dei: nam, ut obliget cha-  
ritas in re tam graui, satis est quod hoc remedium  
correctionis censeatur hic & nunc vitale, & mora-  
liter necessarium, ut proximus bene vitetur liber-  
tate sua, vel ut efficacius exciteetur diuina gratia.  
Quoad hoc autem etiam aequiparatur obligatio ho-  
minis ad seipsum, quia etiam tenetur statim, ac sem-  
per interrumpere, & vitare actuale peccatum, & tol-  
lere morale periculum eius. Solum est differentia,  
quod respectu proximi haec obligatio est specia-  
lis charitatis fraternae; quia aliae particularis  
virtu-

Secunda  
differentia.

33  
Vera solutio.

SECTIO VI.

Pro quo tempore obliget hoc penitentia praeceptum.

virtutes per se non possunt ad hoc obligare: respectu vero sui non est obligatio propria charitatis, sed remore tantum, & imperativae, proxime vero ratione iniuriae diuinae vitandae pertinet ad penitentiam, ratione vero malitiae conversionis pertinet ad singulas virtutes, quibus singula peccata opponuntur, quia vnaquaqueque obligat hominem proxime & immediate, ut vitet peccatum sibi contrarium.

At vero quando correptio proximi ordinatur solum ad remedium peccati commissi, ut tempus opportunum ad corripiendum sit etiam necessarium, requiritur non solum spes fructus, sed etiam necessitas illius, vel ad vitandum impenitentiae peccatum, vel ad vitandam mortem aeternam: nam, si nihil horum interueniat, nulla est vera indigentia ex parte proximi, quae obliget hic & nunc ad subueniendum illi. Et quoad hoc recte procedit argumentum factum: quia, si ipsemet non tenetur sibi ipsi subuenire cum possit, neque ego etiam teneor. Item, ego non possum corripere pro facto praeterito, ut sic, id est, solum quia factum est, ut offendimus: ergo deo corripere de illo, prout manet, seu eo quod per penitentiam non tollitur: sed qui adhuc non tenetur ad talem penitentiam, nondum est dignus tali correctione: ergo non potest vrgeri tunc obligatio ad illam faciendam.

Dices, nomine correctionis non tantum intelligi reprehensionem de malo facto, sed etiam admonitionem de malo vitando. Sed de hac potest fieri idem argumentum: nam quando alter non tenetur admonitionem acceptare, sed absque peccato respondere potest, quod suo tempore penitentiam agat, neque alter tenetur ex praecipuo tunc illum admonere, si nullum tunc inest praecipuum, sed ad summum erit consilium. Exemplum quotidianum est in penitentia sacramentali, nam, quia fideles non tenentur confiteri statim, ac peccant, licet videamus aliquem peccantem, seu in peccato permanentem, absque iteratione, vel continuatione, &c. non tenemur illum admonere, ut confiteatur, quia ipse respondere potest se nunc non teneri. Si tamen iam adesset tempus anni completi, pro quo obligat tale praecipuum, tunc posset vrgeri obligatione talis admonitionis, si moraliter timeretur, alium non esse expleturum obligationem suam sine tali admonitione; nam si alius est per se facturus, non indiget tali admonitione. Imo si nullum sit indicium ad praesumendum alium non esse facturum tempore quo tenetur, nulla est obligatio charitatis ad praueeniendum & admonendum illum, ut per se constat: sicut non teneor elemosynam dare alicui, si nullum indicium habeo indigentiae eius. Eadem ergo proportione ratiocinandum est de penitentia interiori, & admonitione ad illam agendam: donec enim inest aliqua obligatio, vel necessitas cum aliqua probabilitate, quod alter indigeat admonitione ut expleat obligationem suam, reuera non inest talis obligatio.

Addendum vero est, hanc obligationem non solum posse oriri ob nouum peccatum impenitentiae, quod in proximo timeretur, sed etiam ob periculum moriendi sine gratia, etiam si id contingeret sine nouo peccato: ut si quis sciat proximum esse in periculo mortis subitaneae, aut violentae, quod ipse ignorat, tenetur illum admonere ut penitentiam agat, quia illa per se est magna indigentia, & necessitas: & ideo sub distinctione diximus tunc tantum obligare praecipuum correctionis, seu admonitionis sub hac consideratione, quando imminet periculum mortis, vel noui peccati impenitentiae. Vnde etiam constat, sub hac consideratione seruari proportionem inter correctionem proximi, & propriam, & in rigore saluum esse teneri nos statim ad corripiendum proximum, ut penitentiam agat peccati commissi: quod in antecedente illius confirmationis sumebatur.

Fr. Suarez tom. 4.

**H**aece est potissima difficultas, quae resultat ex assertionem definitam in sectione praecedenti: nam, si hoc praecipuum non obligat statim, nulla videtur esse ratio designandi illud in toto discursu vitae usque ad articulum mortis. De illo enim nulla potest esse controuersia, quin, si ante illum haec obligatio impleta non sit, necesse sit, tunc saltem impleri. Alioquin consummabitur transgressio praecipui, quia lapsus erit totum tempus intra quod impleri poterat, & debebat. Nam praecipuum penitentiae de mortalibus peccatis non obligat pro futura vita, sed pro praesente, quia post hanc vitam, non est iam tempus penitentiae agenda: nam, si in praesenti acta non sit, homo statim in aeternum damnatur. Non est ergo dubium, quin, instante morte, sit articulus maximae necessitatis exequendi hoc praecipuum, si status peccati adhuc duret.

Difficultas vero est, an ante illum articulum sit aliquod tempus pro quo obliget hoc praecipuum. In qua re est multorum opinio, hoc praecipuum per se & natura sua tantum obligare pro articulo mortis. Ita sentit D. Thomas in 4. dist. 17. q. 1. art. 4. vbi de Confessione loquitur: est autem eadem ratio de penitentia interiori, & Durandus ibi q. 10. nu. 5. & 6. qui similiter agens de confessione, nullum assignat tempus necessitatis praeter articulum mortis, nisi propter casus extrinsecos & accidentarios, vel posituum praecipuum. Et eodem modo subiicitur haec opinio ex Caietano in Summa, verbo Contritio; Adriano q. 3. de Confessione; Medina Cod. de Penitentia, tract. 1. q. 6. art. 1. ad argumenta, Soto d. 17. q. 2. art. 6. Nauarro in Summa, c. 1. n. 31. Et fundamentum est in principio positum, quia supposito, quod praecipuum non statim obliget, ante articulum mortis, nulla est maior ratio designandi vnum tempus, quam aliud: imo neque est ratio designandi aliquod, quia in nullo est vera necessitas: praecipuum autem affirmatiuum tantum obligat pro articulo necessitatis.

In contrarium vero afferri possent plures coniecturae tam ex Scriptura, & Patribus, quam ex moralis consideratione sumptis, quae suadent magnam esse inordinationem differre penitentiam usque ad mortem, ideoque dari hoc praecipuum negatiuum non differendi penitentiam usque ad mortem, aut nimio tempore, ex quo necessario sequitur affirmatiuum, aliquando penitendi ante mortem. Probatur ergo primo, quia sancti Patres valde reprehendunt longam dilationem penitentiae, & praesertim usque ad finem vitae, adeo ut dixerit August. serm. 57. de tempore, penitentiam reseruata usque ad finem vitae, esse valde incertam & dubiam: & inter alia inquit, Penitentia, quae ab infirmo petitur, infirma est: quae autem a moriente petitur, imo ne ipsam agatur. Ergo voluntarie differre penitentiam usque ad illud tempus est per se valde dissentaneum rationi, & est quodammodo se exponere periculo non agendi veram penitentiam. Vnde idem August. serm. 71. ad Fratres in Eremito, Satis inquit, alienus est a fide, qui ad agendam penitentiam tempus senectutis expectat. Hinc Cyprianus libr. 4. epist. 2. alias epist. 52. nu. 6. circa finem dicit, Iis, qui toto vitae tempore penitentiam contempserunt, & urgente necessitate eam petere incipiunt, negandam esse pacem, & communionem: quia rogare illos inquit non delicti penitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit, nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit esse moriturum. In qua poena & censura excessit hic doctor sanctus: propter quod reuocarunt illam sancti Pontifices, Leo primus epist. 69. circa finem, & Celestinus 1. epist. 2. cap. 2. satis tamen indicauit.

Cypriani.

Obiurgatio

Certum est penitentia obligare in articulo mortis.

An hoc praecipuum ante articulum mortis obliget.

C. i. etiam Adriano.

Posterior sententia.

Probatum ex Patribus.

August.

Cypriani.

Leo primus. Celestinus.

Cyprianus, quàm sit graue crimen differre pœnitentiam vsque ad mortem. Quod etiam confirmari potest ex illo ad Rom. 2. Ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? *tu autem secundum duritiam tuam & impenitens cor thesaurizas tibi iram in die ira.* Indicauit ergo Paulus ante mortem dari talem impenitentiam, quæ thesaurizet iram Dei: quod non est sine graui peccato. Ad quem modum videtur exponere Hieronymus illud Psalm. 37. *Puuerunt & corrupta sunt cicatrices mea à facie insipientia mea: quia nolcbam (inquit Hieronymus) agere pœnitentiam.*

Ratione vero confirmari hoc potest, primo à simili de aliis actibus, qui sunt necessarii ad salutem, vt sunt fidei, charitatis, &c. quia eorum necessitas & obligatio non reseruatur in tempus mortis: non est autem minus necessaria pœnitentia ad recte vitam instituendam in ordine ad cõsequendum vltimum finem, ad quem ordinatur tota necessitas istorum actuum. Vnde confirmatur, quia, si contritio consideretur, vt medium, seu dispositio necessaria ad obtinendam gratiam, videtur sane præceptum eius debere obligare ante mortem, quia contra omnem rationem est, vt toto vitæ tempore voluntarie homo perseueret extra gratiam Dei, & eius affectu non referuet in finem vitæ. Si vero consideretur, vt est satisfactio diuine iniuriæ, etiam videtur esse quidam implicitus contemptus iniuriæ diuine præmittere voluntarie hanc satisfactionem toto vitæ tempore, præsertim cum Deus sæpe illam inspiret, seu vocet hominem ad illam reddendam. Vnde huius vocationis contemptum, seu dilationem nimiam sæpe Deus grauitè reprehendit, vt Isaie 65. *Omnes in cade corruerit, propterea quod vocati sapie, & non respondistis.* Vnde Gregorius homil. 11. in Ezech. circa illa verba, c. 33. *Si auersus iustus fecerit iniquitatem, &c. Peccatores (inquit) Deus diu expectat, vt redeant: non redeuntibus vero etiam offendiculum ponit, vt grauius impingant.* Ex quo intelligitur, Deum sæpe deserere peccatorum propter dilationem pœnitentiæ, quæ pœna est grauisima, & indicat grauem culpam. Et, quamuis dici possit hoc non esse ob solam dilationem pœnitentiæ, sed quia cum hac dilatione sæpe coniuncta sunt alia peccata: hoc imprimis non tollit, quin ipsa impenitentia etiã peccatum sit. Et deinde ipsum morale periculum, in quod cõiicitur peccator nimium differendo pœnitentiam, ostendit quàm sit rationi consentaneum, vt hoc præceptum obliget aliquando in ipsa vita ante mortem. Præsertim cum ipsa pœnitentia ex ratione sua propria obliget, non tantum ad desistenda peccata præterita, sed etiam ad cauenda futura: propter quod non sola displicentia præteritorum, sed etiam propositum in futurum est de necessitate pœnitentiæ. Et hoc etiam maximè confirmat obligatio charitatis, quia, vt inquit Chrysostr. hom. 80. ad Populum, *Tam bona, quam mala, si nimium fuerint immorata, potentiora sũt.* Quod etiam significat Gregorius in id Psalm. 31. *Beati quorum remissa sunt iniquitates, &c.* Ac denique S. Bonauentura tom. 1. Opusc. in Collatione, de contemptu seculi in hoc fine, *Hoc, inquit, teneo, hoc verum puto, quod ei non bonus finis est, cui semper fuerit mala vita.* Est ergo contrarium salutis, & charitati propriæ ad eo differre pœnitentiam.

Secundus casus est, si occurrat vehemens tentatio & occasio peccandi hic & nunc, ad quam vincendam censetur moraliter necessaria diuina gratia & amicitia. Ita Soto, & alij Duo tamen sunt obseruanda. Vnum est, hunc casum, per se loquendo, non esse moralem, quia ad vincendam quamcumque tentationem auxilium gratiæ excitantis, & adiuuantis sufficit, & nullum est principium sufficiens, quo sibi homo persuadeat, non posse tale auxilium sufficiens, vel efficax obtineri sine gratia habituali, aut semper negari ei, qui non conseritur. Præsertim quia supposita tali occasione peccandi, tunc habere contritionem est vincere illam, quia includit propositum non peccandi etiam in ea occasione: ergo contritio non est medium ad obtinendum auxilium necessarium ad illam victoriam: nam potius ipsa contritio est effectus talis auxiliij & cum minori auxilio possit illa specialis tentatio superari, per solam negationem consensus, seu nolitionem talis actus seu obiecti. Quod si illa occasio non consideretur tantum vt præsens, & quasi momentanea, sed vt futura & perseueratura, & status gratiæ dicatur esse dispositio ad cõstanter resistendum, sic fateor illam esse aptissimam dispositionem, & moraliter aliquando censeri posse necessariã, si perseuerantia, seu continuatio occasionis, & tentationis sit diuturna. Tamen, quia hoc nunquam in præsentis cõstare potest, & in quolibet tempore signato possunt sperari sufficientia auxilia gratiæ, etiam si habitualis gratia deficit, ideo vix eredo, ad hunc finem posse iudicari hoc medium ita necessarium, vt inde oriatur obligatio. Dixi per se loquendo, quia ex dictamine conscientiæ, vel ignorantis, vel timidæ, id non repugnat.

Tunc autem aduertendum est secundo, illam necessitatem esse extrinsecam, & oriri, v.g. ex præcepto castitatis, si tentatio sit illi contraria, & sic de aliis: & ideo tunc omissionem contritionis non esse speciale peccatum contra præceptum pœnitentiæ, sed esse solum circumstantiam peccati contra castitatem, quod commissum fuit, vel consentiendo tentationi, vel exponendo se periculo morali eius, omitrendo medium, quod ad eum finem existimabatur necess.

Quibus temporibus pœnitentiæ præceptum ex accidenti obliget.

Pro resolutione suppono, duobus modis posse determinari tempus huius obligationis. Primo ex aliquo fine extrinseco, & accidentario virtuti pœnitentiæ, vt sic: secundo per se & intralacitudinem & obligationem huius virtutis. Priori modo assignantur varij casus ab auctoribus, qui re vera nec

perthet ad præceptum de quo agimus, nec ex principiis præsentis materiæ definiti possunt: sed illius, ad quam spectat finis, vel occasio, ex qua oritur talis necessitas. Id patet numerando breuiter casus, qui ab auctoribus attinguntur.

Primus est quando necesse est exercere aliquam actionem, quæ propter sanctitatem suam requirit statum gratiæ in operante, nec potest sine notio peccato exerceri in statu peccati mortalis, vt est ministrare ex officio aliquod sacramentum, vel recipere Eucharistiã (vbi non est copia confessoris) vel aliud sacramentum viuorum: in his enim euentibus necessariõ est præmittenda contritio (agimus enim seclusa confessione) Ita docent omnes auctores citati, & vere tamen illa obligatio non oritur ex præcepto contritionis, vt sic, sed ex præcepto digne tractandi res sacras. Vnde fit, vt, qui non præmissa contritione in eo casu recipit, vel ministrat ex officio, sacramentum, non committat duo peccata, vnum omissionis contritionis contra hoc præceptum, alterum indignè tractando sacramentum: sed solum hoc posterius, quod est omissionis, contra præceptum negatiuum non irrogandi iniuriam sacramento. In quo nescio quam differentiam constituuunt Soto, & Cano inter sacramentum Eucharistiæ, & reliqua: sed reuera nulla est quoad modum, seu speciem obligationis, sed solum quoad grauitatem eius propter excellentiam illius sacramenti: excepta illa speciali obligatione præmittendi confessionem ante communionem, supposita conscientia peccati mortalis. Quæ omnia in materia de sacramentis in genere, & de Eucharistiã fusius tractata sunt.

Secundus casus est, si occurrat vehemens tentatio & occasio peccandi hic & nunc, ad quam vincendam censetur moraliter necessaria diuina gratia & amicitia. Ita Soto, & alij Duo tamen sunt obseruanda. Vnum est, hunc casum, per se loquendo, non esse moralem, quia ad vincendam quamcumque tentationem auxilium gratiæ excitantis, & adiuuantis sufficit, & nullum est principium sufficiens, quo sibi homo persuadeat, non posse tale auxilium sufficiens, vel efficax obtineri sine gratia habituali, aut semper negari ei, qui non conseritur. Præsertim quia supposita tali occasione peccandi, tunc habere contritionem est vincere illam, quia includit propositum non peccandi etiam in ea occasione: ergo contritio non est medium ad obtinendum auxilium necessarium ad illam victoriam: nam potius ipsa contritio est effectus talis auxiliij & cum minori auxilio possit illa specialis tentatio superari, per solam negationem consensus, seu nolitionem talis actus seu obiecti. Quod si illa occasio non consideretur tantum vt præsens, & quasi momentanea, sed vt futura & perseueratura, & status gratiæ dicatur esse dispositio ad cõstanter resistendum, sic fateor illam esse aptissimam dispositionem, & moraliter aliquando censeri posse necessariã, si perseuerantia, seu continuatio occasionis, & tentationis sit diuturna. Tamen, quia hoc nunquam in præsentis cõstare potest, & in quolibet tempore signato possunt sperari sufficientia auxilia gratiæ, etiam si habitualis gratia deficit, ideo vix eredo, ad hunc finem posse iudicari hoc medium ita necessarium, vt inde oriatur obligatio. Dixi per se loquendo, quia ex dictamine conscientiæ, vel ignorantis, vel timidæ, id non repugnat.

Tunc autem aduertendum est secundo, illam necessitatem esse extrinsecam, & oriri, v.g. ex præcepto castitatis, si tentatio sit illi contraria, & sic de aliis: & ideo tunc omissionem contritionis non esse speciale peccatum contra præceptum pœnitentiæ, sed esse solum circumstantiam peccati contra castitatem, quod commissum fuit, vel consentiendo tentationi, vel exponendo se periculo morali eius, omitrendo medium, quod ad eum finem existimabatur necess.

Ad Rom. 2.

Hieron.

4. Ratione suadetur sententia.

Isai.

Gregor.

Præcluditur responsio.

Chrysostr.

Gregor.

Bonauent.

5. Primus casus.

6.

7. Secundum.

Soto. Duo mo. in da circa illud.

8.

necessarium: Quod si quis in se, etiam illud peccatum esse contra virtutem poenitentiae, quatenus est iustitia ad Deum, nam peccatum illud est iniuriosum Deo: propter quod dicimus propositum non peccandi de cetero, & tollendi morales occasiones peccatorum pertinere ad virtutem poenitentiae. Responderetur concedendo sub hac speciali ratione peccatum hoc esse contra hanc virtutem, non tamen sub speciali ratione impoenitentiae. Distingui ergo oportet in hac virtute duo praecepta: vnum non inferendi iniuriam Deo, cui repugnat omne peccatum: aliud affirmatiuum satisfaciendi pro iniuria, cui repugnat impoenitentia: illud ergo peccatum est contrarium priori praecepto, non tamen posteriori, quia pro tunc non obligat, & de hoc in praesenti agimus.

9. Tertius casus est, quando commune malum Reipublicae imminet, & membra eius tenentur orare Deum, ut illi malo subueniat. Ita Adrian. Nauarrus, & Petr. Soto. Et potest fundari, quia, si tenemur orare Deum, tenemur ita orare, ut exaudiamur quantum in nobis est: frustra enim est petere, & aliunde impedimentum ponere: sed nihil magis potest impedire impetrationem quam status peccati: ergo, &c. Quae sententia est satis pia, & probabilis: tamen circa hunc casum eadem aduersti possunt, quae circa praecedentem. Raro enim obligabitur homo ad apprehendendum hoc medium tanquam necessarium, cum oratio videatur sufficere, quae non tam nescitur in iustitia orantis, quam in misericordia Dei, qui peccatores etiam exaudit, praesertim, quia particularis persona semper potest praesumere esse in communitate plures iustos, propter quos exaudiat Deus simul orantes peccatores. Posita vero aliquando huiusmodi obligatione, etiam tunc illa non oritur ex hoc praecepto poenitentiae sed ex charitate, qua tenemur patriam diligere, & bonum eius procurare.

Quando ex positivo iure determinetur tempus contritionis.

10. Rursus aduertendum est, determinationem temporis huius praecepti per se, & intra latitudinem eius duobus modis intelligi posse: primo ex aliquo praecepto positivo: secundo ex natura rei seu talis praecepti. Et de utroque modo dicendum est, quia etiam priori assignari solent nonnulli casus, quos oportet expendere. Primus sumitur ex opinione eorum, qui dicunt teneri peccatorem ad contritionem habendam saltem omnibus diebus festis. Quam tenuit Marfilus in 4. q. 12. art. 1. part. 5. & Angelus verbis Feriz. n. 41. qui citat illum Leuitici 23. Sabbatum requiescentis est, & sabbatum vestras: anima tua non fuerit afflictus die hac, peribit. Idem sentit Antonius 2. p. tit. 9. c. 1. quatenus ait, illo praecepto maxime praecipitur quietem mentis in Deum. Inclinant etiam Petrus Soto lect. 3. de Poenit. & Viguierius in Summa, c. 16 §. 4. vers. 11. Fauet etiam Scotus in 3. d. 27. art. 3. §. Quantum ad secundum: & d. 37. §. Ad primum, quem ibi Gabriel sequi videtur art. 1. in fine. Qui sentiunt, obligari hominem ad diligendum Deum super omnia singulis diebus festis: nam putant tertium praeceptum Decalogi esse determinationem praecepti dilectionis Dei: eadem autem est ratio de contritione, supposito peccato, maxime cum, per se loquendo, haberi tunc non possit dilectio sine contritione. Fundamentum vero aliorum est, quia ex vi huius praecepti tenemur vacare Deo, & cultui eius, quod non potest facere conuenienter qui est in peccato, nisi de eo doleat. Item quia institutio festorum ad hoc ordinatur, ut in illis diebus anima sanctificetur.

11. Veruntamen hae sententia falsa est, & sine fundamento vt Medina, Soto & Cano locis citatis latius prosequuntur. Et probatur breuiter, quia talis

Fr. Suarez tom. 4.

obligatio, neque ex verbis ipsius praecepti de obseruandis diebus festis, neque ex re ipsa praecepta colligi potest. Primum patet, quia hoc praeceptum, vt est nunc in vsu Ecclesiae, non habet certa & determinata verba, nisi solum, vt huiusmodi dies sint sanctificati, seu deputati cultui diuino, cuius praecepti sensus ex vsu & traditione Ecclesiae sumendus est: hae autem traditio habet, vt negatiue obliget hoc praeceptum ad abstinendum ab omni opere seruilium: affirmatiue autem, seu positiue ad sacrum audiendum. Vt habetur in cap. Missus de Consecratione, d. 1. ex Concilio Agateni, vbi de die Dominico est sermo, sed extenditur ad omnes festos dies. At vero vtrumque horum potest obseruari, & impleri sine actu contritionis, & in statu peccati mortalis. Quod quidem de parte negatiua per se notum est. De affirmatiua vero etiam constat, quia is, qui est in peccato mortali, potest efficere actum religionis externum, & etiam internum, prout praeceptum est, quamuis ille non sit meritorius, neque ex gratia sanctificante profectus; qui modus praeceptum non est: ergo sub hoc praeceptum non cadit contritio: praesertim cum hoc praeceptum, quantum ad hanc determinationem, sit Ecclesiasticum, & Ecclesia non possit praecipere actum mere internum, nisi prout coniungitur necessario cum aliquo externo: ostensum est autem interiore actum contritionis non esse necessarium ad externum actum, qui per hanc legem praecipitur, ergo.

12. Si vero considerentur verba, quibus hoc praeceptum traditum est in lege veteri de obseruatione sabbathi, primo non multum, vel nihil hoc ad nos referret: quia praeceptum illud, quatenus ceremoniale fuit illius legis, iam cessauit. Deinde etiam in lege nullum est verbum, ex quo talis obligatio colligi possit, quia solum praecipitur cessatio, vel quies ab omni opere seruilium, & cultus Dei in genere. Verbum autem illud, Affligetisque animas vestras, non habetur in praecepto de obseruatione sabbathi, vt patet Leuit. 16. & 23. & Exod. 16. & 20. & Num. 19. sed specialiter ponitur verbum illud in quodam festo, quod celebratur die decimo septimi mensis. & dicebatur festum expiationis, & emundationis a peccato. Vnde probabile est pro illo die festo fuisse specialiter praeceptum actum poenitentiae, vel externum, qui consistit in aliqua afflictione corporis (ita enim solet vsurpari illa locutio in sacra Scriptura, vt patet Num. 30.) vel certe etiam internum. Iuxta quam expositionem, per illam legem determinatum fuit praeceptum contritionis pro eo tempore, vt saltem singulis annis reconciliarentur peccatores cum Deo per contritionem: quae tamen lex, vt pote ceremonialis, iam cessauit. Et ex his etiam constat altera pars in principio sumpta, scilicet, quod neque ex re ipsa praecepta possit colligi hae determinatio vel obligatio in diebus festis: quia res illa praecepta solum est cultus Dei vel in genere, vel in specie, audiendi sacrum: & vtrumque fieri potest sine contritione. Et quamuis fortasse finis huius praecepti sit, vt homo placeat Deo, & conuertatur in ipsum: tamen finis praecepti non cadit sub praeceptum, nisi sit etiam materia praecepti: talis autem finis non est materia huius praecepti: vt explicatum est.

13. Secundus modus ponendi determinationem temporis in hoc praecepto poenitentiae ex iure positivo & Ecclesiastico est Soti supra dicentis, per legem annualis confessionis determinatum etiam esse praeceptum contritionis, vt saltem singulis annis habeatur: ita vt si aliquis debito tempore confiteri non possit, intra annum teneatur, vt vi praecepti Ecclesiastici saltem habere contritionem: quia licet excusetur ab eo quod non potest facere, non tamen ab illo quod seruari potest. Sed hae sententia mihi non videtur vera, quia vt recte notauit Caietanus verbis Contritio, circa finem, ex vi legis de confessione annuali.

praeceptum contritionis ostenditur.

C. n. d. 2. 2. 2.

12.

Explicatur locus. L. n. 2. 2.

13.

Soti dicit casus praecepti positi de annuali confessione suspensum Soto.

Caiet.

nuali solum tenetur homo habere illum actum interioris poenitentiae, qui necessarius est ad verum sacramentum poenitentiae suscipiendum, quia hoc est quod illa lege praecipitur, & lex de sacramento poenitentiae distincta est a lege contritionis, unde non determinat illam, nisi quatenus includitur ipsa contritio in sacramento: suppono autem, sacramentum non requirere contritionem perfectam, sed attritionem tantum. Ex quo infero, eum, qui propter impotentiam excusatur a confessione debito tempore, non teneri ex vi precepti Ecclesiastici ad habendam veram contritionem. Quia tale praecipitum illam non requirit, sed solum attritionem: ergo, etiam si fingamus hominem teneri ad faciendam illam partem praecipiti, quam potest, non tenebitur ad contritionem, sed ad attritionem tantum.

14. *Obiectioni occurritur.*

Dicitur fortasse, teneri ex illo praecipito se disponere ad gratiam: & quia tunc non sufficit attritio ad huiusmodi dispositionem, obligabitur ad contritionem. Sed contra, nam illud non est materia huius praecipiti, quamvis fortasse sit finis eius, vel quid consequens ad illud. Nam, si quis per possibile vel impossibile possit recipere verum sacramentum poenitentiae in forme, satisfacit huic praecipito Ecclesiastico: & licet peccet contra generale praecipitum de sacramentis digne recipiendis, non tamen contra speciale praecipitum de annua confessione, ut est communis sententia Theologorum, quam Soto etiam sequitur: ergo ex vi huius specialis praecipiti, non tenetur homo se disponere ad gratiam. Et deinde, in illo casu neque ad attritionem tenetur homo ex vi huius praecipiti: quia quando Ecclesia praecipit aliquem actum externum principaliter, & consequenter praecipit internum ad illum necessarium, cessante obligatione exteriori, actus, cessat etiam interioris. Quod patet exemplis: nam Ecclesia praecipiendo orationem vocalem, praecipit attentionem internam ad Deum: qui autem excusatur propter impatientiam ab oratione vocali, non tenetur pro illo tempore interius attendere ad Deum. Deinde ratio est, quia Ecclesia per se non determinat, nec praecipit internum, sed solum propter externum, quia actus interior secundum se non cadit directe sub iurisdictione Ecclesiae. Et confirmatur, nam si quis ex voto, vel propter statum religionis teneatur v. g. singulis mensibus, vel hebdomadibus, confiteri, & excusetur propter impotentiam a confessione, non tenetur ad contritionem: ergo similiter, &c.

15. *Soti dictum refellitur.*

Unde etiam colligo, falsum esse quod idem Soto ait, quando est periculum obliuionis peccatorum, necessarium esse de illis contritionem habere: vel ex natura rei seclusa confessione, vel etiam nunc si non possit quis statim confiteri. Hoc (inquam) falsum est, quia ex vi contritionis non tenetur homo conteri de singulis peccatis distincte recogitatis, & in memoriam reuocatis, ut supra ostensum est: ergo ex vi naturalis praecipiti contritionis non est necessarium statim conteri propter metum obliuionis. Neque etiam id est necessarium propter defectum confessionis, quando quis confiteri non potest, quia iam est ostensum non teneri hominem ad contritionem habendam ex eo solum, quod confiteri non potest quando tenetur, si alia nulla instet necessitas. Praefertim, quia non est certum teneri quempiam ad confitendum statim propter periculum obliuionis: de quo infra suo loco dicam. Concludo igitur quoad hanc partem nullam esse determinationem iuris positivi, quia neque a iure humano esse potest, ut rationes factae ostendunt: a diuino autem nihil habemus, praeter ipsum poenitentiae sacramentum, a quo nulla determinatio contritionis extra ipsum sacramentum excedere sumi potest, ut rationes factae etiam ostendunt.

*De tertio modo determinationis temporis huius obligationis.*

**A** Superest dicendum de tertio modo determinandi tempus obligationis in hoc praecipito, scilicet, per se, & ex vi illius tantum, solumque ratione naturali, seu conaturali gratiae, & fidei. Et in hoc puncto probabile esse iudico sententiam communem in principio relata; nam fundamentum eius valde efficax est. Ut vero illam magis explicemus, & aliquantulum moderemur (quia reuera videtur parum apta ad humanos mores recte instituendos, nisi aliquo modo limitetur) ideo distinguere oportet hic tria illa capita, ex quibus diximus posse hanc obligationem oriri. Et in primis, quae spectat ad titulum iustitiae, verum cenfeo praecipitum satisfaciendi Deo non obligare donec periculum mortis instet (quid per periculum mortis intelligendum sit, infra in praecipito confessionis declarabimus.) Probat, nam ratio, quae supra probauimus hoc praecipitum non obligare statim, probat etiam de quocunque determinato tempore vitae praesentis, quando non imminet periculum mortis. Neque est verum, in hac dilatione esse contemptum diuini honoris, per se loquendo: potest enim ex multis aliis causis, & ex sola fragilitate provenire, vel ex eo solum, quod hic & nunc non apprehenditur poenitentia ut necessaria ad cultum vel honorem ex iustitia debitum Deo, & aliunde apprehenditur ut onerosa. Neque etiam ad contemptum satis est, quod homo non respondeat vocationibus diuinis, etiam si sint frequentes: nam totum hoc potest esse ex fragilitate, & sine noua irreuerentia graui respectu Dei. Quod si aliquando in his casibus interueniat nouus contemptus, erit quidem illud nouum peccatum, accidentarium vero, & extraneum, non vero erit speciale impoenitentiae peccatum, de quo est praesens quaestio.

16. *Hoc praecipitum non obligare ex iustitia ad Deum nisi periculum mortis.*

**C** Atque idem dicendum cenfeo de alio titulo huius obligationis ex charitate propria. Quaequam in hoc maiorem dubitationem inferant difficultates superius posita: quia haec charitas non videtur solum obligare ad vitandum extremum & certissimum malum aeternae mortis, sed etiam ad fugiendum graue periculum eius, & diuinae desertionis, quale inuenitur in diuturna dilatione poenitentiae usque ad mortem. Videtur etiam haec charitas obligare ad vitandam grauisissimam iacturam spiritualium honorum, omniumque suorum operum, quam homo facit permanendo in peccato mortali usque ad finem vitae, cum nihil illi proficiat ad vitam aeternam consequendam, cum tamen propter hanc praecipue causam usum huius vitae recipiat. Accedit quod propositum non agendi poenitentiam usque ad finem vitae, ita formaliter & directe conceptum, per se valde repugnat rationi, & morum honestati, nam includit nimiam negligentiam propriae salutis, quae videtur valde contraria propriae charitati: ergo signum est obiectum illius propositi, esse contra aliquod praecipitum vetans dilationem poenitentiae usque ad mortem: alioquin nulla esset ratio malitiae in tali proposito. Quaequam autem haec coniecturae probabiles sint, non videtur sufficientes ut dicamus hanc obligationem proxime & immediate esse ex propria charitate: quia obligationes aliorum praecipitorum, & praesertim charitatis Dei, de qua statim dicam, sufficientiunt: & quia illa pericula & incommoda nec moraliter ita apprehenduntur & proponuntur, nec talia sunt, ut ex speciali obligatione charitatis propriae teneatur homo illa prauidere, & vitare: nam & potest semper sperare locum poenitentiae ex misericordia Dei, & alias non tenetur procurare augmentum gloriae proprio, & speciali praecipito.

17. *Neque ex charitate propria obligari.*

**E** At vero ex tertio cap. huius obligationis ex charitate ad Deum, melius probatur haec obligatio. Quid verisimile non est charitatem Dei nunquam obligare ad diligendum ipsum nisi in extremo vitae periculo. Et ideo semper mihi placuit sententia Soti, & aliorum dicentium, praecipitum dilectionis Dei non referre obligationem suam ad articulum mortis, quia merito.

18. *Dilectionis Dei praecipitum non referre obligationem suam ad articulum mortis.*

quia tanta dilatio aperte est contraria fini huius præcepti, quod est dirigere, & convenienter coniungere hominem cum suo fine, ut possit recte vitam instituire, cui plane repugnat, dilectionem hanc referuari usque ad finem vitæ. Quod maxime perspicitur quando illa dilatio directo proposito & voluntate eligitur: est enim illa voluntas valde contraria rectæ institutioni humanæ vitæ. Si ergo dicimus fornicationem esse contrariam legi naturæ, quia est contra bonam educationem proles humanæ: maiori ratione dicendum est, illam voluntatem esse contrariam legi naturæ, ut pote contrariam rectæ institutioni vitæ hominis: illa autem lex non potest esse nisi charitatis ad Deum ut ultimum finem, quia per debitum ordinem ad illum recte instituitur humana vita. Item ob similem causam præceptum fidei (& idem est de spe) non obligat solum in articulo mortis, quia non mandat solum ut in fide moriamur, sed ut per fidem ambulemus, & ut per illam Deum colamus. De quo etiam cultu potest novum argumentum fieri, quia non tenemur tantum colere Deum semel in fine vitæ, sed sæpius congruis temporibus. Unde, licet tertium præceptum Decalogi, ut determinatur ad dies festivos, non sit pure morale & naturale, sed aliquid habeat positivum & ceremoniale, quatenus vero generatim præcipit, ut aliquibus temporibus cultui diuino vacemus, morale est, & naturale: ergo differre cultum Dei usque ad tempus mortis, contra rationem naturalem est. C multo ergo magis differre amorem Dei, nam & magis necessarius est, & magis Deo debitus: & aliunde fere eadem difficultas est in assignando tempore, pro quo obligat præceptum cultus Dei, ex natura rei, & præceptum dilectionis.

Supposito ergo, quod dilectio Dei super omnia aliquando potest esse in præcepto ante mortis articulum, idem dicendum est de contritione saltem ex necessitate ipsius dilectionis Dei, quia non potest is, qui est in peccato mortali, cum occurrat tempus diligendi Deum super omnia, servare illud, per se loquendo, nisi etiam habeat contritionem peccatorum, ut constat ex supra dictis de necessitate mediæ contritionis. Hinc tamen recte inferitur, si aliquis in eo casu contritionem omittat & dilectionem, non D committere duo peccata, sed vnum contra charitatem, quia vnum tantum violat præceptum. & licet duos actus omittat, tamen necessitas vnius solum est propter alium: vbi autem vnu est propter aliud, ibi moraliter est vnum tantum. Deinde inferitur, si ex accidenti contingat, aliquem, immemorem peccatorum, diligere Deum super omnia in illo obligationis articulo sine formali actu contritionis, atque ita iustificari, postea non obligari statim, vel quamprimum potest, ad habendum formalem actum contritionis, sed solum eo tempore, quo aliis præceptum contritionis obligaret. Ratio est, quia necessitas contritionis in illo tempore solum erat propter actum dilectionis: ergo quacunque ratione contingat actum dilectionis haberi sine actu contritionis, satisfactum in re ipsa est præcepto contritionis: ergo iam ex vi illius præcepti non tenetur quis ad eligendum actum contritionis statim, neque etiam quia iustificatus est in voto contritionis: quia ad illud implendum satis est contritionem habere eo tempore, quo ratio iustitiz seu penitentiz obligat. Sicut nunc qui iustificatur per confessionem in voto, satisfacti postea, si tempore, quo præceptum confessionis secundum se obligat, confiteatur.

Sed quæres tandem, quodnam sit tempus illud pro quo diuina charitas obligat ante mortem ad habendum Dei dilectionem, & ratione illius contritionem peccatorum: hoc est enim, quod oppositum sentientes maxime mouet; & nos etiam plurimum torquet, quia non possumus tempus hoc in particulari certo ac definite designare. Non tamen propter

Fr. Suarez tom. 4.

Præceptum penitentiz ex dilectione Dei ante articulum mortis obligat.

Corollarij primo.

Corollarij secundum.

Quid sit illud tempus pro quo hoc præceptum obligat.

ea putamus negandam esse hanc obligationem, quia ideo magis explicamus per modum præcepti negatiui non differendi conuersionem ad Deum usque ad mortem vel diuturno tempore, quod perinde est: quia hoc est, quod clarius suadetur rationibus factis. Ex hac autem obligatione negatiua necessario inferitur affirmatiua, aliquando exercendi hanc contritionem ante mortem. Illud vero tempus, si non sit positium lege præscriptum, prudenti arbitrio ipsius hominis, vel alterius, qui (eius conscientia cognita) possit auxilium præstare, committendum est, ut pœnatis circumstantiis omnibus iudicet, an incipiat nimia esse dilatio. Neque aliquam regulam certiore, aut magis particularem assignare possum, tã in hoc præcepto, quàm in aliis affirmatiuis, præsertim circa actus, qui ad Deum ordinantur, sola ac nuda ratione naturali perspectis. Ad rationem autem illam, quod præceptum affirmatiuum non obligat nisi in articulo necessitatis, dicendum est, hoc non debere intelligi de sola necessitate articuli mortis, aut alterius extrinseci nocuenti seu damni, sed de quacunque necessitate morali, quæ ad recte & honeste vitam instituendam instare iudicetur; secundum rectam & prudentem rationem. Et hætenus de obligatione ad internam penitentiam.

Respondetur fundamentis prioris sententiæ.

SECTIO VII:

Virum teneatur homo in hac vita ad satisfaciendum Deo pro pena temporalis: atque adeo ad actum externos penitentiz obligetur.

Quoniam in superioribus diximus, virtutem hanc non solum habere actus internos, sed etiam externos, explicare necesse est, an hi etiam cadant sub præceptum ex natura rei. Quæ dubitatio coniuncta est cum alia de præcepto satisfaciendi pro pena debita peccatis: & ideo vtranque simul breuiter expedire possumus. Supponitur autem hic primo id, quod sup. disp. 5. ostensum est, remissa culpa per contritionem, manere posse reatum pœnæ temporalis. Supponitur secundo, posse nos in hac vita satisfacere Deo pro hac pœna, vindicando in nobis ipsis peccata commissa. Quamuis n. potuisset Deus hanc vindictam referuare in ignem purgatorij, & nullam huius vitæ pœnam admittere in compensationem illius, quia reuera nulla secundum se sumpta est illi æqualis: certum est tamen non ita fecisse, sed statuisse potius, ut homines iusti possint per satisfactiones, seu pœnas huius vitæ soluere, quidquid pœnæ debitum est peccatis, & consequi remissionem pœnæ purgatorij: quod late ostendendum est infra cum agemus de satisfactione, ut est tertia pars materiz sacramenti penitentiz. Hoc ergo supposito quæstio est, an teneatur homo hanc ipsam satisfactionem pro pœna temporalis exhibere in hac vita, cum possit.

Remissa culpa, potest manere pena temporalis pro qua homo potest in hac vita satisfacere.

Aliquibus Theologis ita visum est, ut Paludano 4. d. 17. q. 1. art. 1. in 5. definitione contritionis, Canon. dict. relect. p. 3. concl. 2. & in 4. p. dicit esse sententiam certissimam. Et fundari potest in Tridentino sess. 6. c. 14. dicente, penitentiam Christiani hominis inter alia includere satisfactionem per ieiunia, elemosinas, &c. Et hanc penitentiam dicit esse necessariam: & de illa explicat nonnulla Scripturæ testimonia, ut illud 2. ad Corinth. 7. Tristitia, quæ secundum Deum est, penitentiam in salutem stabilem operatur: & Apocal. Memor esto vnde exieris; & age penitentiam; & Matth. 3. & Luc. 3. Facite fructus dignos penitentiz. Quem locum ita etiam exponit Gregorius homil. 20. in Euang. & Chrysostomus homil. 10. in Matth. Luc. vbi postquam multa dixerat de hac satisfactione, subdit circa finem. Neque enim vulnerato sufficit ad salutem transsummo spiracula è corpore euellere, sed etiam remedia

Prima opinio. Palud. Cano. Trid.

Probat ex Scriptura.

Paulus. Apocal. Matth. Luc. Greg. Chrysost.

Magist.

media adhibere vulneribus. Ergo in his locis omnibus videtur indicare præceptum. Et ita Magister d. 16. dicit. Ioannem Baptistam illis verbis, Facite fructus dignos penitentia, præcepisse satisfactionem: Ioannes autem non potuit nouum præceptum imponere, non enim erat legislator: explicuit ergo naturale præceptum. Quod etiam indicari videtur loel 2. Conuertimini ad me in ieiunio, & fletu, & planctu: vbi eodem modo exigitur conuersio cordis, & exterior satisfactio.

leel.

3. Suadetur ex Patrib.

Ambr.

Aug. Cyprian.

Chryso.

Vnde Patres eodem fere modo loquuntur de necessitate satisfactionis & conuersionis cordis: & veram contritionem, dicunt, includere propositum satisfaciendi; & quo peccata sunt plura, & maiora, eo satisfactionem hanc debere esse maiorem. De quo late & optime loquitur Ambrosius ad Virginem lapsam c. 8. Grande scelus grandem necessariam habet satisfactionem, &c. Idem fere Augustinus de veri & falsi poen. c. 14. Cyprianus lib. de lapsis a num. 7. & in 13. indicat, non posse esse veram contritionem ex toto corde, quæ non se extendat ad opera satisfactionis. Citat etiam Cano Chrysostomum homil. 9. ad Hebr. vbi in principio partis mortalis describens medicamentum penitentia, primas partes tribuet externæ penitentia. Et homil. 5. de Penitentia & alia homil. de Confess. peccati com. 5. Peius est (inquit) Dei offensam non satisfactione placare, quam Dei bonitatem peccando offendere: sed hoc loco de satisfactione pro culpa loqui videtur. Homil. raman 3. imperfecti in Matth. Multa, inquit, diligentia necessaria est homini post confessionem, & baptismum, vt vulnus peccatorum eius, & apertura sanetur. Ambrosius etiam in id 2. ad Corin. 7. Tollit, que secundum Deum est, &c. inquit, Quicumq; in de iustu est, quia hoc ei in seipso dicitur, quod Deo dicitur, et laborat illud penitendo deiecit, & Deo satisfacere, vt possit ad salutem, quam amiserat, peruenire. Similia habet Origenes hom. 8. in Leuit. & Tertullianus in fine lib. de Penitentia. Sed difficilior quam ceteri loquitur Calsianus Collat. 23. c. 15. dicit enim, eum, qui post baptismum mortaliter peccauit, aut diuturna afflictione, & poenali dolore purgandum, aut æterni ignis supplicii addendum: significat ergo peccare denuo mortaliter, qui eam purgationem in hac vita negligit, quia propter solam temporalem poenam non æterni, sed temporalis ignis poeniam addiceretur peccator.

Orig. Terent. Cassian.

4. Ratione probatur.

Ratione arguetur Cano, quia peccatum corpore & animo commissum est: ergo ratio iustitiæ postulat, vt poena non solum animæ, sed etiam corpori respondeat: at vero si tota poena temporalis peccato debita in aliam vitam reseruaretur, sola anima, & non corpus puniretur: tenetur ergo homo dum viuit in corpore hanc poenam subire, vt corpus etiam illius sit particeps. Et hæc ratio probare videtur, etiam esse obligationem ad agendam externam, & corporalem penitentiam.

5.

Contraria nihilominus sententia est communis Theologorum. Sed in ea aduertendum est, aliud esse loqui de obligatione satisfaciendi ex vi solius præcepti naturalis penitentia: aliud vero ex vi specialis præcepti positivi, impositi in lege noua à confessoris in sacramento penitentia. Multi ergo Theologi vtramque obligationem negant, vt Scotus, Gabriel, Medina, Caietanus, & Nauarrus, quos infra latius referam, cum de sacramentali satisfactione disputabo: hoc enim loco non de posteriori obligatione, sed tantum de priori agimus. Et quoad eam partem tenent eam sententiam Soto d. 20. q. 2. art. 7. ad 5. quauis d. 19. qu. 1. art. 3. ad 1. & lib. 2. de Nat. & grat. cap. 4. ad finem aliter loqui videatur. Eandem sententiam tenet Vega lib. 13. in Tridentinum, c. 22. vbi negat esse de necessitate contritionis propositum satisfaciendi: & Ruardus art. 6. vbi in hanc sententiam refert D. Thomam, Bonauenturam, & Adrianum. Idem Cordub. lib. 5. de Indulgentiis, q. 5. circa

Non tenet hominem in hac vita satisfacere pro poena. Vera sententia. Soto. Vega. Ruardus. Cordub.

A finem, & quæst. octaua & decima in fine.

Fundamentum est, quia tale præceptum naturale nulla ratione, aut autoritate sufficienter colligitur. Primum constat, quia, si consideretur ratio iustitiæ ad Deum, hæc non obligat reum, vt ipsemet in se puniat delictum, sed solum vt sustineat patienter poenam à iudice inflictam: cum ergo Deus sit iudex, & vindex peccatorum, & in purgatorio ea puniat ad equalitatem, quando in hac vita satisfactum non est, potest peccator sine vlla iniustitia differre castigationem, seu satisfactionem peccati sui vsque ad purgatorium. Deinde neque hoc est contra legem charitatis propria, vel diuinæ: quia, licet homo ita differat satisfactionem, nec perdit beatitudinem, neque diuinum amorem: & quamuis beatitudinis executio aliquantulum differatur, illud nõ est irreparabile damnum, neque adeo graue, vt teneatur homo sub mortali illud vitare: aliàs etiam teneretur sub mortali pro venialibus peccatis quoad culpam & poenam in hac vita satisfacere.

6. Probatur assertio.

Præterea ratio, qua vitur Cano, nihil vitget: aliàs illo argumento probaretur, non posse solam animam sufficienter satisfacere pro hac poena in purgatorio: probaretur etiam non posse hominem in hac vita satisfacere pro hac poena per solos actus interiores animæ, aut per intensissimam contritionem: vel è contrario non posse hominem satisfacere per actiones corporis pro peccatis mere internis, & in sola anima commissis. Quod si dicitur, in hac vita nullum esse peccatum ita internum, cui non cooperetur corpus aliquo modo, neq; esse contritionem, vel satisfactionem ita internam, cuius non sit particeps corpus ipsum, quia appetitus semper cooperatur aliquo modo voluntati. Pari ratione dicemus, quando occurrit homo dolet de peccato, ibi esse aliquam satisfactionem pro poena temporali, cuius etiam corpus particeps est, & hoc satis esse. Prefertim, quia, cum animus sit qui principaliter delinquit, & corpus sit tantum organum, aut instrumentum, potest in anima sufficienter puniri quidquid in corpore peccatum est: maxime cum ipsa mors corporis, & quidquid homo in hac vita patitur, possit esse poena peccati.

7. Fundamentum est contra sententiam satisfit.

Altera vero pars de autoritate, sumi in primis potest ex Concilio Trident. sess. 4. ca. 1. vbi primum dicit, penitentiam fuisse omni tempore necessariam. Deinde vero hanc necessariam penitentiam explicans, solum dicit, vt peruestitate abiecta, & emendata, tantam Dei offensionem cum peccati odio, & pio animi dolore detestentur. Et infra cap. 8. de hac satisfactione loquens, nunquam dicit esse in præcepto extra satisfactionem sacramentalem, sed tantum esse securitatem viam, & necessariam, non simpliciter, sed ad perfectam animæ liberationem, seu puritatem. Et hic posterior est sensus fere omnium Sanctorum, quos supra citauimus. Quapropter hæc sententia mihi videtur verissima, si loquamur de satisfactione omnino condistincta à contritione, & ordinata tantum ad tollendum reatum poenæ temporalis, vt conuincit fundamentum adductum, & magis in sequenti illatione explicabitur.

8. Probatur assertio in Trident.

Ex dictis enim inferitur decisio alterius partis quaestionis propositæ, an externi actus penitentia cadant sub præceptum. Dicendum est enim, quatenus conducunt, vel ordinantur præcise ad tollendum reatum poenæ temporalis, ex natura rei non cadere sub præceptum, vt ex dictis patet: aliis vero duobus modis posse in eadem esse in præcepto. Primo, vt remedia moraliter necessaria ad præseruandum ab aliqua culpa: quo modo ieiunium, vel abstinencia potest interdum esse in præcepto ad seruandam continentiam, & sic de aliis. Semper tamen huiusmodi obligatio potest referri ad aliquam specialem virtutem, cui repugnat illud peccatum, propter quod vitandum necessaria est talis

9. Quæ ratio ne alius ex terni penitentia cadant sub præcepto.

zalis Medicina, vt in exemplo posito virtus castitatis potest ad tale ieiunium, vel abstinenciam obligare: sed singulæ virtutes hoc faciunt sub propriis rationibus & honestatibus: pœnitentia vero sub generali ratione vitandi offensionem diuinam: sicut enim est officium pœnitentiæ detestari commissum peccatum, vt offensa Dei est, ita cauere futurum. Secundo potest obligatio esse alicuius actus externi: si ita coniunctus sit cum contritione, vt moraliter iudicetur necessarius ad illam habendam: & hoc modo potest interdum esse necessarium peccatori induraro, audire v. g. concionem, vel certe restituere alienum, & à se abicere pecunias, aut tollere aliam similem occasionem externam, quæ impedit animû, ne à peccato auertatur, aut facere aliqua pietatis, vel

A afflictionis opera, quibus, & à Deo impetret auxiliû, & seipsum ad veram pœnitenciam emolliat. Et iuxta hunc posteriorem modum dicunt etiam interdum Patres, vt supra visum est, lacrymas, vel alia similia externa signa doloris esse necessaria peccatoribus ad placandum Deum, non quia per se præcepta sint, sed quia ex natura rei sunt quodammodo connexa cum contritione, quæ per se præcepta est. Et eodem modo dixit Diuus Thomas supra quæstion. 84. articulo septimo ad primum: non solum internam, sed etiam externam pœnitenciam esse de lege naturali.

Reliqua, quæ ad satisfactionem pertinent, citato loco tractabuntur. Et ideo hæc dicta sufficiant de virtute pœnitentiæ.

FINIS HVIVS PRIMAE PARTIS DE  
*Pœnitentiæ virtute.*

